
PSALTERIUM DAVIDICUM,

AD USUM ET RITUM SACRI & Religiosissimi Ordinis Cisterciensis, per Hebdomadam dispositum.

CUI ADIUNCTA SUNT CANTICA, HYMNI & Suffragia communia iuxta nouum dicti Ordinis Breuiarium.

Cum supplemento eorum quæ vel addita, vel mutata fuêre in Psalterio antiquo.

Authoritate Reuerendissimi Domini Cisterciensis Generalis.



LUTETIÆ PARISIORUM,
Sumptibus SEBASTIANI CRAMOISY, Regis & Reginæ Architypographi.
Et GABRIELIS CRAMOISY, viâ Iacobæâ, sub Ciconiis.

M. DC. LVI.
CUM PRIVILEGIO REGIS CHRISTIANISSIMI.

MANDATVM REVERENDISSIMI D. D. CISTERCII GENERALIS.

NOs Frater CLAVDIVS VAVSSIN Abbas Cistercij, sacræ Theologiæ in facultate Parisiensi Doctor, Christianissimi Regis in Supremo Burgundiæ Senatu primus Consiliarius, vniuersi Cisterciensis Ordinis Caput, & Superior Generalis, eiusdemque Capituli Generalis plenaria potestate fungentes, vniuersis totius nostri Cisterciensis Ordinis Abbatibus, Abbatissis, Prioribus, Priorissis, & cæteris vtriusque sexus regularibus personis salutem in Domino. Cum iuxta sancti legislatoris nostri Benedicti regulam operi Diuino nihil sit præponendum, nostrique Ordinis authores, soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis quæ exuperat omnem sensum, prouidè statuerint, vt omnes nostri instituti professores, mores, cantum, & libros omnes ad hoc Dei opus, & ad aliud commodum publicum præfati Ordinis, necessarios secundùm formam morum, & librorum noui Monasterij seu Archi-Cœnobij nostri Cisterciensis possiderent. Sanè cum primùm ad generale ipsius regimen Dei prouidentia assumpti sumus, nihil nobis antiquiùs debere esse putauimus, quam vt huiusmodi libri innumeris quibus scatebant mendis, ac erroribus purgati prodirent in lucem, idque cura & sumptibus honorabilium virorum Dominorum Sebastiani Cramoisy Christianissimi Regis & Reginæ matris Architypographi, Regiæ Typographiæ Curatoris, vrbis Parisiensis Exconsulis, Gabrielis Cramoisy Bibliopolæ, & ciuis Parisiensis, Petri Rocolet Regis dictæque vrbis Typographi, Roberti Ballard vnici Regiæ Musicæ Typographi; hac tamen lege ne aliquis Ordinis nostri professor, cuiuscumque gradus, dignitatis, & conditionis, & in quocumque regno, aut principatu existens vllis aliis Breuiariis, Maioribus, Minoribus, Diurnalibus, Missalibus, Martyrologiis, Antiphonariis, Gradualibus, Processionalibus, Precibus horariis Beatissimæ Virginis Mariæ, Regula diui Benedicti Abbatis, Vsibus, Ordinariis, Bullariis, seu priuilegiorum nostrorum codicibus, & aliis quibuscumque Ordini nostro peculiaribus libris vti præsumeret. Licet autem huiusmodi libri paulò emendatiores quam ante visi sint, omnibus tamen maturiùs inspectis, ac discussis; ac plura in illis accuratiori castigatione indigere considerans Capitulum nostrum generale apud Cistercium Mense Maio anni millesimi sexcentesimi quinquagesimi primi celebratum tribus spectatæ eruditionis, ac regularis obseruantiæ peritissimis viris facultatem fecit, vt spongiam omnibus erratis, apocryphis, ac minus congruis admouerent, & prædictos libros in meliorem formam redigerent. Quod cum fœliciter iam sint executi, decenniique præfatis Cramoisy, Rocollet, & Ballard per nos concessi finis instet, illud dictis Dominis Cramoisy priuilegium ad decennium aliud similibus legibus & conditionibus duximus prorogandum. Optantes vt prædictos libros emendatos quamprimùm prelo mandari: ac in lucem edi suis sumptibus procurent. Quam ob rem vobis omnibus & singulis sub pœna inobedientiæ formalis, aliisque in Ordine nostro consuetis inhibemus, (vt vniformitas Cistercio congenita illæsa sit) ne vllis ex præfatis libris temerè (quod absit) impressis, aut imprimendis per totum illud decennium sine assensu ipsorum Dominorum Cramoisy, seu in illorum præiudicium vti præsumatis. Datum Parisiis in nostro Bernardicarum Collegio, anno 1655. post Christum natum, die vero tertia mensis Iulij, sub signo nostro manuali, secretarij nostri Chirographo, Maioris sigilli nostri appensione.

F. CLAVDIVS VAVSSIN *Abbas Cisterciensis Generalis.*

De mandato prædicti Domini mei Generalis, Fr. IOANNES TEDENAT.

SVMMA PRIVILEGII CHRISTIANISSIMI REGIS.

CAVTVM est authoritate Regis, ne quis in suo Regno Franciæ, aliisve locis suæ ditioni subiectis, *Breuiaria, Diurnalia, Processionalia, Psalteria, Gradualia, Antiphonalia, Ordinaria, Vsus, Priuilegia, Horas B. Mariæ Virginis, Regulam S. Benedicti, aliosque libros, & Codices, Sacro, & Religiosissimo Cisterciensi Ordini necessarios, & vtiles*, absque Sebastiani Cramoisy, Bibliopolæ & Typographi Regij permissu, intra tricennium imprimat, aut diuendat, publicationis exemplarium, si secus fecerit, mulcta indicta, prout ampliùs in ipso diplomate continetur. Lutetiæ Parisiorum 30. Maij 1636.

De mandato Regis, VICTON.

MONITVM.

FECIT tandem pia multorum æmulatio, vt Præsules Cisterciensis Ordinis in vltimis Generalibus comitiis anno Domini 1651. vndique coacti Decretum ediderint; quo selectorum virorum examine & iudicio Breuiarium non in paucis deprauatum, æquiori & nitidiori methodo restitueretur. Opus sanè à nonnullis anteà tentatum, sed quò plures accessere correctiones, centonis ad instar eò deformius prodiit. Hi siquidem nimio veteris traditionis studio prohibiti, parietem vndequaque rimis hiantem linire frustrà desudarunt. Vnde aliquibus satiùs videbatur Romanum à prima sede postulandum quàm proprium tam variis laciniis immutatum diutiùs esse retinendum. Verum obstitit constans quinque seculorum vsus; trita sanctorum vestigia, iactura non modica librorum choralium, quos olim ingenti labore operosi monachi in membranis descripserunt, sed maximè ordo pensi diuini in Regula sancti Benedicti præscriptus, quem nemini eam profitenti licet omittere. Eo igitur consilio factum est, vt in præsenti editione tria ritè obseruentur. Primum est, vt saluo monastici instituti iure sit Romano conforme: Hinc emendatio Psalmorum, Canticorum & Lectionum ad amussim editionis vulgatæ iussu Sixti V. recognitæ; quorumdam sanctorum festa Kalendario inserta, Officij Nocturni Lectiones ex Scriptura; Noua dispositio Collectarum, Capitulorum, Antiphonarum & Responsoriorum cùm maiorum in primis Vesperis, tum breuium alibi, immobilitas Hymnorum ad Tertiam & Completorium per Annum: in sacro triduo Officium penitùs Romanum; & quam plures aliæ mutationes quæ sparsim occurrent recitanti. Secundùm est breuitatis studium, quod elucet in recenti methodo persoluendi quotidianum Officium Beatissimæ Virginis, in institutione Festorum trium Lectionum quæ chorum absoluunt à memoria defunctorum; in compilatione & omissione commemorationum horis & diebus statutis, &c. Tertium denique tenax regulæ disciplina, à qua recedunt qui Sanctorum festa & octauas cumulantes longiùs fiunt ab integra Psalterij solutione per hebdomadam, qui Tempore Paschali alias Antiphonas præter iuge Alleluia Horis Canonicis affigunt; qui præceptum sumendi in æstate breues Lectiones Matutini ferialis de veteri Testamento, vel Capitula de Apostolo in Laudibus non satis perpendunt; quique vt sint Romani à primigenio instituto deflectunt, idque maturo haud dubiè consilio. Nostrum tamen fuit riuum ad fontem vnde cœpit fluere, absque vllo iuris Monastici dispendio reducere. Psalterij integritati partim consultum est per mutationem quorumdam Festorum xij. Lectionum in minora quæ ordinem Psalmorum non perturbant, cætera verò hîc traduntur iuxta ritum sanctæ regulæ quam ad litteram esse obseruandam iubet primum & Capitale Cisterciensis Ordinis statutum. Sed nonnihil facessit negotij vsm antiquorum Librorum mandato Superiorum in cantu retinendus, cum vix aliquid habeant simile cum Romana Officij Diuini serie, idque fecit vt inuitò ab ea in paucis sit deflexum, quæ tamen si aliquando noua cudantur Antiphonalia (quòd à multis desideratur;) ad limam reuocabuntur. Interim cogimur codicem instruere calci maioris Psalterij si lubet addendum in quo reperientur Hymni, Antiphonæ & Responsoria iuxtà hanc editionem, & præter antiquum morem canenda, à quo etiam dempta sunt officia sanctæ Annæ & sanctæ Vrsulæ vtpotè quæ erant dubiæ fidei, Coronæ Domini quòd & scripturam & Ecclesiæ deuotionem minus saperet, aliis siue in Communi, siue in Proprio substitutis, necnon & Euangelistarum iam vbique Ecclesiastico ritu ad Commune Apostolorum remissum, aliqua vero superadduntur siue ex parte propria vt SS. Ioseph & Ioachim, siue ex integro, vt Nominis IESV, Transfigurationis, & Angeli Custodis. Doles forsàn, pie Lector, quod præter Euangelij normam hîc nouum paruum veteri assuerimus, hoc tecum ægrè tulimus, sed adegit cantus vetustas quæ litteræ nouitati nondum cessit meliùs tamen ominare de nostro conatu, eóque nos potiùs assimilare etiam iuxta Euangelium, homini patrifamilias qui profert de thesauro suo noua & vetera, & religiosè vtere ad Maiorem Dei gloriam.

TABVLA PASCHALIS
ANTIQVA REFORMATA.

Aur. num.	Cyclus Epacta-rum.	Litt. Dñi-cal.	Sep-tua-gef.	Dies Cine-rum.	Paf-cha.	Af-cen-fio.	Pen-teco-ftes.	Cor-pus Chr.	Dñ. poft Pẽt.	Prima Dñica Aduẽt.
			Ian.	Feb.	Mar.	Apr.	Maij	Maij		
16	xxiij									
5	xxij	d	18	4	22	30	10	21	28	29. No.
	xxj	e	19	5	23	1.Maij	11	22	28	30
13	xx	f	20	6	24	2	12	23	28	1. Dec.
2	xix	g	21	7	25	3	13	24	28	2.
	xviij	A	22	8	26	4	14	25	28	3
10	xvij	b	23	9	27	5	15	26	27	27. No.
	xvj	c	24	10	28	6	16	27	27	28
18	xv	d	25	11	29	7	17	28	27	29
7	xiiij	e	26	12	30	8	18	29	27	30
	xiij	f	27	13	31	9	19	30	27	1. Dec.
15	xij	g	28	14	1. Apr	10	20	31	27	2
4	xj	A	29	15	2	11	21	1. Iun	27	3
	x	b	30	16	3	12	22	2	26	27. No.
12	ix	c	31	17	4	13	23	3	26	28
1	viij	d	1. Fe.	18	5	14	24	4	26	29
	vij	e	2	19	6	15	25	5	26	30
9	vj	f	3	20	7	16	26	6	26	1. Dec.
	v	g	4	21	8	17	27	7	26	2
17	iiij	A	5	22	9	18	28	8	26	3
6	iij	b	6	23	10	19	29	9	25	27. No.
	ij	c	7	24	11	20	30	10	25	28
14	j	d	8	25	12	21	31	11	25	29
3	*	e	9	26	13	22	1. Iun	12	25	30
	xxix	f	10	27	14	23	2	13	25	1. Dec.
11	xxviij	g	11	28	15	24	3	14	25	2
	xxvij	A	12	1. Mar	16	25	4	15	25	3
19	25. xxvj	b	13	2	17	26	5	16	24	27. No.
8	xxv. xxiiij	c	14	3	18	27	6	17	24	28
		d	15	4	19	29	7	18	24	29
		e	16	5	20	29	8	19	24	30
		f	17	6	21	30	9	20	24	1. Dec.
		g	18	7	22	31	10	21	24	2
		A	19	8	23	1. Iun	11	22	24	3
		b	20	9	24	2	12	23	23	27. No.
		c	21	10	25	3	13	24	23	28

TABVLA

PASCHALIS

Literæ Dominicales.	Cyclus Epactarum.	Septuagesima.	Dies Cinerum.	Pascha.
D	23.	18. Ianu.	4. Febr.	22. Mart.
	22. 21. 20. 19. 18. 17. 16.	25. Ianu.	11. Febr.	29. Martii
	15. 14. 13. 12. 11. 10. 9.	1. Febr.	18. Febr.	5. April.
	8. 7. 6. 5. 4. 3. 2.	8. Febr.	25. Febr.	12. April.
	1. * 29. 28. 27. 26. 25. 25. 24.	15. Febr.	4. Mar.	19. April.
E	23. 22.	19. Ianu.	5. Febr	23. Martii.
	21. 20. 19. 18. 17. 16. 15.	26. Ianu.	12. Febr.	30. Martii
	14. 13. 12. 11. 10. 9. 8.	2. Febr.	19. Febr.	6. April.
	7. 6. 5. 4. 3. 2. 1.	9. Febr.	26. Febr.	13. April.
	* 29 28 27. 26. 25. 25. 24.	16. Febr.	5. Mar.	20. April.
F	23. 22 21.	20. Ianu	6. Febr.	24. Martii
	20. 19. 18. 17. 16. 15 14.	27. Ianu.	13. Febr.	31. Martii.
	13 12. 11. 10. 9. 8. 7.	3. Febr.	20. Feb.	7. April.
	6. 5. 4. 3. 2. 1. *	10. Febr.	27. Febr.	14. April.
	29. 28. 27. 26. 25. 25. 24.	17. Febr.	6. Mar.	21. April.
G	23. 22. 21. 20.	21. Ianu.	7. Febr.	25. Martii.
	19. 18. 17. 16. 15. 14. 13.	28. Ianu.	14. Febr.	1. Aprilis.
	12. 11. 10. 9. 8. 7. 6.	4. Febr.	21. Febr.	8. April.
	5. 4. 3. 2. 1. * 29.	11. Febr.	28. Febr.	15. April.
	28. 27. 26 25 25. 24.	18. Febr	7. Mar.	22. April.
A	23. 22. 21. 20. 19.	22. Ianu.	8. Febr.	26. Mart.
	18. 17. 16. 15. 14. 13. 12.	29. Ianu.	15. Febr.	2. April.
	11. 10. 9. 8. 7. 6. 5.	5. Febr.	22. Febr.	9. April.
	4. 3. 2. 1. * 29. 28.	12. Febr.	1. Mar.	16. April.
	27. 26. 25. 25. 24.	19. Febr.	8. Mar.	23. April.
B	23. 22. 21. 20. 19. 18.	23. Ianu.	9. Febr.	27. Mart.
	17. 16. 15. 14. 13. 12. 11.	30. Ianu.	16. Febr.	3. April.
	10. 9. 8. 7. 6. 5. 4.	6. Febr.	23. Febr.	10. April.
	3. 2. 1. * 29 28. 27.	13. Febr.	2. Mar.	17. April.
	26 25. 25. 24.	20. Febr.	9. Mar.	24. April.
C	23. 22. 21. 20. 19 18. 17.	24. Ianu.	10. Febr.	28. Mart.
	16. 15. 14. 13 12. 11. 10.	31. Ianu.	17. Febr.	4. April.
	9. 8. 7. 6. 5. 4. 3.	7. Febr.	24. Febr.	11. April.
	2. 1. * 29. 28. 27. 26. 25.	14. Febr.	3. Mar.	18. April.
	25. 24.	21. Febr.	10. Mar.	25. April.

NOVA

NOVA

REFORMATA.

Pascha.	Ascensio.	Pentecostes.	Corpus Christi.	Dñicæ post Pẽtecost.	Prima Dominica Aduentus.
22. Mart.	30. April.	10. Maii.	21. Maii.	28	29. Nouéb.
29. Martii	7. Maii.	17. Maii.	28. Maii.	27	29.
5. April.	14. Maii.	24. Maii.	4. Iunii.	26	29.
12. April.	21. Maii.	31. Maii.	11. Iunii.	25	29.
19. April.	28. Maii.	7. Iunii.	18. Iunii.	24	29.
23. Martii.	1. Maii.	11. Maii.	22. Maii.	28	30. Nouéb.
30. Martii	8. Maii.	18. Maii.	29. Maii.	27	30.
6. April.	15. Maii.	25. Maii.	5. Iunii.	26	30.
13. April.	22. Maii.	1. Iunii.	12. Iunii.	25	30.
20. April.	29. Maii.	8. Iunii.	19. Iunii.	24	30.
24. Martii	2. Maii.	12. Maii.	23. Maii.	28	1. Decemb.
31. Martii.	9. Maii.	19. Maii.	30. Maii.	27	1.
7. April.	16. Maii.	26. Maii.	6. Iunii.	26	1.
14. April.	23. Maii.	2. Iunii.	13. Iunii.	25	1.
21. April.	30. Maii.	9. Iunii.	20. Iunii.	24	1.
25. Martii.	3. Maii.	13. Maii.	24. Maii.	28	2. Decemb.
1. Aprilis.	10. Maii.	20. Maii.	31. Maii.	27	2.
8. April.	17. Maii.	27. Maii.	7. Iunii.	26	2.
15. April.	24. Maii.	3. Iunii.	14. Iunii.	25	2.
22. April.	31. Maii.	10. Iunii.	21. Iunii.	24	2.
26. Mart.	4. Maii.	14. Maii.	25. Maii.	28	3. Decemb.
2. April.	11. Maii.	21. Maii.	1. Iunii.	27	3.
9. April.	18. Maii.	28. Maii.	8. Iunii.	26	3.
16. April.	25. Maii.	4. Iunii.	15. Iunii.	25	3.
23. April.	1. Iunii.	11. Iunii.	22. Iunii.	24	3.
27. Mart.	5. Maii.	15. Maii.	26. Maii.	27	27. Nouéb.
3. April.	12. Maii.	22. Maii.	2. Iunii.	26	27.
10. April.	19. Maii.	29. Maii.	9. Iunii.	25	27.
17. April.	26. Maij.	5. Iunii.	16. Iunii.	24	27.
24. April.	2. Iunii.	12. Iunii.	23. Iunii.	23	27.
28. Mart.	6. Maii.	16. Maii.	27. Maii.	27	28. Nouéb.
4. April.	13. Maii.	23. Maii.	3. Iunii.	26	28.
11. April.	20. Maii.	30. Maii.	10. Iunii.	25	28.
18. April.	27. Maii.	6. Iunii.	17. Iunii.	24	28.
25. April.	3. Iunii.	13. Iunii.	24. Iunii.	23	28.

TABVLA

TEMPORARIA

Anni Domini.	Literæ Dominicales.	Aur. numer.	Epactæ.	Septuagesima.	Dies Cinerum.	Pascha.
1655	c	3	xxii	24. Ianu.	10. Febr.	28. Martii.
1656	b A	4	iiij	13. Febr.	1. Martii.	16. April.
1657	g	5	xv	28. Ianu.	14. Febr.	1. Aprilis.
1658	f	6	xxvj	17. Febr.	6. Martii.	21. Aprilis.
16,9	e	7	vij	9. Febr.	26. Febr.	13. Aprilis.
1660	d c	8	xviij	25. Ianu.	11. Febr.	28. Martii.
1661	b	9	xxix	13. Febr.	2. Martii.	17. Aprilis.
1662	A	10	x	5. Febr.	22. Febr.	9. Aprilis.
1663	g	11	xxj	21. Ianu.	7. Febr.	25. Martii.
1664	f e	12	ij	10. Febr.	27. Febr.	13. Aprilis.
1665	d	13	xiij	1. Febr.	18. Febr.	5. Aprilis.
1666	c	14	xxiiij	21. Febr.	10. Martii.	25. Aprilis.
1667	b	15	v	6. Febr.	23. Febr.	10. Aprilis.
1668	A g	16	xvj	29. Ianu.	15. Febr.	1. Aprilis.
1669	f	17	xxvij	17. Febr.	6. Martii.	21. Aprilis.
1670	e	18	viij	2. Febr.	19. Febr.	6. Aprilis.
1671	d	19	xix	25. Ianu.	11. Febr.	29. Martii.
1672	c b	1	j	14. Febr.	2. Martii.	17. Aprilis.
1673	A	2	xij	29. Ianu.	15. Febr.	2. Aprilis.
1674	g	3	xxiij	21. Ianu.	7. Febr.	25. Martii.
1675	f	4	iiij	10. Febr.	27. Febr.	14. Aprilis.
1676	e d	5	xv	2. Febr.	19. Febr.	5. Aprilis.
1677	c	6	xxvj	14. Febr.	3. Martii.	18. Aprilis.
1678	b	7	vij	6. Febr.	23. Febr.	10. Aprilis.
1679	A	8	xviij	29. Ianu.	15. Febr.	2. Aprilis.
1680	g f	9	xxix	18. Febr.	6. Martii.	21. Aprilis.
1681	e	10	x	2. Febr.	19. Febr.	6. Aprilis.
1682	d	11	xxj	25. Ianu.	11. Febr.	29. Martii.
1683	c	12	ij	14. Febr	3. Martii.	18. Aprilis.
1684	b A	13	xiij	30. Ianu.	16. Febr.	2. Aprilis.
1685	g	14	xxiiij	18. Febr.	7. Martii.	22. Aprilis.
1686	f	15	v	10. Febr.	27. Febr.	14. Aprilis.
1687	e	16	xvj	26. Ianu.	12. Febr.	30. Martij.
1688	d c	17	xxvij	15. Febr	3. Martii.	18. Aprilis.
1689	b	18	viij	6. Febr.	23. Febr.	10. Aprilis.

FESTORVM

FESTORVM

MOBILIVM.

Anni Domini.	Ascensio.	Pentecostes.	Corpus Christi.	Indictio.	Dñicæ post Pentec.	Dominica prima Aduentus.
1655	6. Maii.	16. Maii.	27. Maii.	8	27	28. Nouéb.
1656	25. Maii.	4. Iunii.	15. Iunii.	9	25	3. Decéb.
1657	10. Maii.	20. Maii.	31. Iunii.	10	27	2. Decem.
1658	30. Maii.	9. Iunii.	20. Iunii.	11	24	1. Decem.
1659	22. Maii.	1. Iunii.	12. Iunii.	12	25	30. Nouéb.
1660	9. Maii.	16. Maii.	27. Maii.	13	27	28. Nouem
1661	26. Maii.	5. Iunii.	16. Iunii.	14	24	27. Nouem
1662	18. Maii.	28. Maii.	8. Iunii.	15	26	3. Decem.
1663	3. Maii.	13. Maii.	24. Maii.	1	28	2. Decemb
1664	22. Maii.	1. Iunii.	12. Iunii.	2	25	30. Nouem
1665	14. Maii.	24. Maii.	4. Iunii.	3	26	29. Nouem
1666	3. Iunii.	13. Iunii.	24. Iunii.	4	23	28. Nouem
1667	19. Maii.	29. Maii.	9. Iunii.	5	25	27. Nouem
1668	10. Maii.	20. Maii.	31. Maii.	6	27	2. Decem.
1669	30. Maii.	9. Iunii.	20. Iunii.	7	24	1. Decem.
1670	15. Maii.	25. Maii.	5. Iunii.	8	26	30. Nouem
1671	7. Maii.	17. Maii.	28. Maii.	9	27	29. Nouem
1672	26. Maii.	5. Iunii.	16. Iunii.	10	24	27. Nouem
1673	11. Maii.	21. Maii.	1. Iunii.	11	27	3. Decem.
1674	3. Maii	13. Maii.	24. Maii.	12	28	2. Decem.
1675	23. Maii	2. Iunii.	13. Iunii.	13	25	1. Decemb
1676	14. Maii	24. Maii.	4. Iunii.	14	26	29. Nouem
1677	27. Maii	6. Iunii.	17. Iunii.	15	24	28. Nouem
1678	19. Maii	29. Maii.	9. Iunii.	1	25	27. Nouem
1679	11. Maii	21. Maii.	1. Iunii.	2	27	3. Decem.
1680	30. Maii.	9. Iunii.	20. Iunii.	3	24	1. Decem.
1681	15. Maii.	25. Maii.	5. Iunii.	4	26	30. Nouem
1682	7. Maii.	17. Maii	28. Maii.	5	27	29. Nouem
1683	27. Maii.	6. Iunii.	17. Iunii.	6	24	28. Nouem
1684	11. Maii.	21. Maii.	1. Iunii.	7	27	3. Decem.
1685	31. Maii.	10. Iunii.	21. Iunii.	8	24	2. Decem.
1686	23. Maii.	2. Iunii.	13. Iunii.	9	25	1. Decem.
1687	8. Maii.	18. Maii.	29. Maii.	10	27	30. Nouem
1688	27. Maii.	6. Iunii.	17. Iunii.	11	24	28. Nouem
1689	19. Maii.	29. Maii.	9. Iunii.	12	25	27. Nouem

DE MODO CANTANDI
ET PSALLENDI.

1. FOrmam psallendi teneamus, quàm docet venerabilis Pater noster sanctus Bernardus, in Sermone 47. super Cantica canticorum, de Officio Diuino dicens sic: Ex Regula nostra nihil operi Dei præponere licet. Quo quidem nomine, laudum solemnia, quæ Deo in Oratorio quotidie persoluuntur, Pater Benedictus ideò voluit appellari, vt ex hoc clariùs aperiret, quàm nos operi illi vellet esse intentos. Vnde vos moneo, dilectissimi, purè semper ac strenuè Diuinis interesse laudibus. Strenuè quidem, vt sicut reuerenter, ita & alacriter Domino assistatis. Non pigri, non somnolenti, non oscitantes, non parcentes vocibus, non præcidentes verba dimidia, non integra transilientes, non fractis & remissis vocibus muliebre quiddam balba de nare sonantes, sed virili (vt dignum est) & sonitu affectu voces sancti Spiritus depromentes. Purè verò, vt nihil & aliud dum psallitis quàm quod psallitis cogitetis. Nec solas dico vitandas cogitationes vanas & otiosas: vitandæ sunt & illæ, illa duntaxat hora & illo loco, quas officiales fratres pro communi necessitate quasi necessariò frequenter admittere compelluntur: sed ne illa quidem profectò recipere tunc consuluerim, quæ fortè paulò antè in claustro sedentes in codicibus legeratis; qualia & nunc me viua voce disserente ex hoc auditorio Spiritus sancti recentia reportatis. Salubria sunt, sed minimè illa salubriter inter psallendum reuoluitis. Spiritus enim sanctus illa hora gratum non recipit, quidquid aliud quàm debes, neglecto eo quod debes, obtuleris.

2. Psalmodiam non multùm protrahamus, sed rotunda & viua voce cantemus. Principium, medium, & finem versus, simul intonemus, & simul dimittamus. Punctum, hoc est vltimam syllabam seu notam medietatis & finis versus, nullus teneat, sed citò dimittat.

3. Post medium versus, bonam pausam faciamus. Nullus ante alios incipere & nimis currere præsumat, aut post alios nimiùm trahere, vel punctum tenere. Simul cantemus, simul pausemus; semper ad voces aliorum auscultantes. Dum Hymnum, Alleluia, & Responsoria cantamus, in clausulis aliquantulum expectemus, maximè tamen in festiuis diebus. Hanc canendi formam Deo & Angelis placere affirmat idem sanctus Pater Bernardus.

IANVARIVS.

IANVARIVS.

Cyclus Epactar.	Lit. Dom.		Dies Mens.	
*	A	Kal.	1	Circumcisio Domini. Sermo min.
xxix	b	iiij	2	Octaua S. Stephani. commem. & M. cum commemoratione. Octauarum.
xxviij	c	iij	3	Octaua S. Ioannis Apostoli. commem. & M. cum commem. Octauæ SS. Innocent.
xxvij	d	Prid.	4	Octaua SS. Innocentium. commem. & M.
xxvj	e	Non.	5	Vigilia.
25. xxv	f	viij	6	Epiphania Domini. Sermo.
xxiiij	g	vij	7	De Octaua Epiphaniæ.
xxiij	A	vj	8	Festum S. Nominis Iesu. MM. maj. cum commemoratione Octauæ.
xxij	b	v	9	De Octaua Epiphaniæ.
xxj	c	iiij	10	Guillelmi Episcopi & confessoris Ordinis Cisterc. MM. cum commem. Octauæ. & S. Pauli. 1. Eremitæ.
xx	d	iij	11	De Octaua.
xix	e	Prid.	12	De Octaua.
xviij	f	Idib.	13	Octaua Epiphaniæ. M.
xvij	g	xix	14	Hilarij Episcopi & confess. iij. Lect. M. cum commem. S. Felicis Presbyteri & martyris.
xvj	A	xviij	15	Mauri Abbatis. iij. Lect. M.
xv	b	xvij	16	Marcelli Papæ & martyris. commem. & M.
xiiij	c	xvj	17	Antonij Abbatis. M.
xiij	d	xv	18	Cathedra S. Petri Romæ. M. commemor. S. Priscæ virginis & martyris.
xij	e	xiiij	19	
xj	f	xiij	20	Fabiani & Sebastiani martyrum. M.
x	g	xij	21	Agnetis virginis & martyris. M.
ix	A	xj	22	Vincentij & Anastasij martyrum. iij. Lect. M.
viij	b	x	23	Emerentianæ virginis & martyris. commemoratio.
vij	c	ix	24	Timothei Episcopi & martyris. iij. Lect. M.
vj	d	viij	25	Conuersio S. Pauli Apostoli. MM.
v	e	vij	26	Polycarpi Episcopi & martyris. commemoratio.
iiij	f	vj	27	Ioannis Chrysostomi Episcopi & confessoris. iij. Lect. M. & commem. S. Iuliani Episcopi & confess.
iij	g	v	28	Agnetis secundò. commemor. & M.
ij	A	iiij	29	Commemoratio Superiorum defunctorum.
j	b	iij	30	
*	c	Prid.	31	

FEBRVARIVS.

Cyclus Epactar	Lit. Dom.		Dies Mens.	
xxix	d	Kal.	1	Ignatij Episcopi & martyris. iij. Lect. M.
xxviij	e	iiij	2	Purificatio B. Mariæ virginis. Sermo min.
xxvij	f	iij	3	Blasij Episcopi & martyris. commemoratio.
25.xxvj	g	Prid.	4	
xxv.xxiv	A	Non.	5	Agathæ virginis & martyris. M.
xxiij	b	viij	6	Dorotheæ virginis & martyris. commem.
xxij	c	vij	7	Romualdi Abbatis. iij. Lect. M.
xxj	d	vj	8	
xx	e	v	9	
xix	f	iiij	10	Scholasticæ virginis. iij. Lect. M.
xviij	g	iij	11	
xvij	A	Prid.	12	
xvj	b	Idib.	13	Stephani Abbatis. iij. Lect. M.
xv	c	xvj	14	Valentini Presbyteri & mart. commem. & M.
xiiij	d	xv	15	
xiij	e	xiiij	16	Iulianæ virginis & martyris. commemoratio.
xij	f	xiij	17	
xj	g	xij	18	Simeonis Episcopi & martyris. commem. & M.
x	A	xj	19	
ix	b	x	20	
viij	c	ix	21	
vij	d	viij	22	Cathedra S. Petri Antiochiæ. M.
vj	e	vij	23	Vigilia.
v	f	vj	24	Mathiæ Apostoli. MM. maj.
iiij	g	v	25	
iij	A	iiij	26	
ij	b	iij	27	
j	c	Prid.	28	

In anno Bissextili Februarius est dierum 29. & festum S. Mathiæ celebratur 25. Februarij, & bis dicitur Sexto Kalendas. id est, die 24. & die 25. & litera Dominicalis, quæ assumpta fuit in mense Ianuario, mutatur in præcedentem: vt si in Ianuario litera Dominicalis fuit A, mutatur in præcedentem, quæ est g, &c. & litera f, bis seruit, 24. 25. ¶ Inuentio Septuagesimæ, & diei Cinerum.

A principio Lunationis illius, in qua est Epiphania Domini, computentur 40. dies descendendo, & prima Dominica sequenti erit Septuagesima: Si sit Bissextus, addatur dies vnus. Si post Septuagesimam numerentur 17. dies, habebitur prima dies Quadragesimæ, hoc est, dies Cinerum.

MARTIVS.

Cyclus Epactar.	Lit. Dom.		Dies Mens.	
*	d	Kal.	1	
xxix	e	vj	2	
xxviij	f	v	3	
xxvij	g	iiij	4	Lucij Papæ & martyris. commemoratio.
xxvj	A	iij	5	
25. xxv	b	Prid.	6	
xxiiij	c	Non.	7	Thomæ de Aquino confessoris & Ecclesiæ Docto-ris. M.
xxiij	d	viij	8	
xxij	e	vij	9	Quadraginta martyrum. commemoratio.
xxj	f	vj	10	
xx	g	v	11	
xix	A	iiij	12	Gregorij Papæ & confessoris, & Ecclesiæ Docto-ris. MM.
xviij	b	iij	13	
xvij	c	Prid.	14	
xvj	d	Idib.	15	
xv	e	xvij	16	
xiiij	f	xvj	17	
xiij	g	xv	18	
xij	A	xiiij	19	Ioseph Sponsi B. virginis Mariæ. MM. maj.
xj	b	xiij	20	Ioachim Patris B. virginis Mariæ. MM.
x	c	xij	21	Benedicti Abbatis. Sermo min.
ix	d	xj	22	
viij	e	x	23	
vij	f	ix	24	Gabrielis Archangeli. commemoratio.
vj	g	viij	25	Annuntiatio Beatæ Mariæ virginis. Sermo min.
v	A	vij	26	
iiij	b	vj	27	
iij	c	v	28	
ij	d	iiij	29	
j	e	iij	30	
*	f	Prid.	31	

SIC INVENITVR DIES PASCHÆ.

Quæratur in margine post septimum diem Martij Nouilunium Paschale, seu dies cui Epacta currens præfixa est; à qua inclusiuè deorsum versus numerentur 14. dies, vt habeatur xiiij. Luna Paschalis: proximus dies Dominicus hunc xiiij. sequens, erit dies Paschæ.

APRILIS.

Cyclus Epactar	Lit. Dom.		Dies Mens.	
xxix	g	Kal.	1	
xxviij	A	iiij	2	Francisci de Paula confessoris. M.
xxvij	b	iij	3	
25. xxvj	c	Prid.	4	Ambrosij Episcopi & conf. & Ecclesiæ Doctoris. MM.
xxv. xxi	d	Non.	5	
xxiij	e	viij	6	
xxij	f	vij	7	
xxj	g	vj	8	
xx	A	v	9	
xix	b	iiij	10	
xviij	c	iij	11	Leonis Magni, Papæ & confess. iij. Lect. M.
xvij	d	Prid.	12	
xvj	e	Idib.	13	
xv	f	xviij	14	Tiburtij, Valeriani, & Maximi martyrum. iij. Lect. M.
xiiij	g	xvij	15	
xiij	A	xvj	16	
xij	b	xv	17	Stephani Abbatis Cistercij. MM. maj.
xj	c	xiiij	18	
x	d	xiij	19	
ix	e	xij	20	
viij	f	xj	21	
vij	g	x	22	
vj	A	ix	23	Georgij martyris. commem. & M.
v	b	viij	24	
iiij	c	vij	25	Marci Euangelistæ. MM. maj.
iij	d	vj	26	Franchæ virginis, Ordinis Cisterc. iij. Lect. M.
ij	e	v	27	
j	f	iiij	28	Vitalis martyris. commemoratio & M.
*	g	iij	29	Roberti I. Abbatis Cistercij. MM. maj.
xxix	A	Prid.	30	Petri martyris. iij. Lect. M.

FESTORVM MOBILIVM INVENTIO.

Inuento die Paschæ, vt sub Martio dictum est, facilè alia Festa mobilia inuenientur. Si enim post Dominicam Paschæ in Kalendario numerentur quinque Dominicæ, sequentur quintam Dominicam statim Rogationes, & proximè sequens feria quinta erit Ascensio Domini: Septima autem Dominica post Pascha erit dies Pentecostes, cui statim succedit Dominica Trinitatis, & feria quinta proxima celebrabitur festum Corporis Domini.

MAIVS.

Cyclus Epactar.	Lit. Dom.		Dies Mens.	
xxviij	b	Kal.	1	Philippi & Iacobi Apostolorum. MM.maj.
xxvij	c	vj	2	Athanasij Episcopi & confessoris. iij. Lect. M.
xxvj	d	v	3	Inuentio sanctæ Crucis. MM. maj. & commemoratio. SS. Alexandri, Euentij, & Theoduli martyrum, ac Iuuenalis Episcopi & confessoris.
25. xxv	e	iiij	4	Monicæ viduæ. commemoratio.
xxiiij	f	iij	5	Sacerdotis Episcopi & confessoris, Ordinis Cisterciensis. iij. Lect. M.
xxiij	g	Prid.	6	Ioannis ante portam Latinam. M.
xxij	A	Non.	7	Stanislai Episcopi & confessoris. iij. Lect. M.
xxj	b	viij	8	Apparitio S. Michaëlis Archangeli. iij. Lect. M.
xx	c	vij	9	Gregorij Nazianzeni Episcopi & conf. iij. Lect. M.
xix	d	vj	10	Petri Episcopi & confess. Ord. Cister. MM. cum commemor. SS. Gordiani & Epimachi martyrum.
xviij	e	v	11	
xvij	f	iiij	12	Nerei, Achillei, & Domitillæ virginis, atque Pancratij martyrum. iij. Lect. M.
xvj	g	iij	13	
xv	A	Prid.	14	Bonifacij martyris. commemoratio.
xiiij	b	Idib.	15	
xiij	c	xvij	16	
xij	d	xvj	17	
xj	e	xv	18	
x	f	xiiij	19	Petri Cælestini Papæ & conf. iij. Lect. M. & commem. S. Pudentianæ virginis.
ix	g	xiij	20	Yuonis confessoris. iij. Lect. M.
viij	A	xij	21	Commemoratio personarum regularium Ordinis.
vij	b	xj	22	
vj	c	x	23	Desiderij Episcopi & mart. commemor.
v	d	ix	24	Donatiani & Rogatiani martyrum. commem.
iiij	e	viij	25	Vrbani Papæ & martyris. commem. & M.
iij	f	vij	26	Philippi Nerij confessoris. iij. Lect. M.
ij	g	vj	27	
j	A	v	28	
*	b	iiij	29	
xxix	c	iij	30	
xxviij	d	Prid.	31	Petronillæ virginis. commemoratio.

IVNIVS.

Cyclus Epactar.	Lit. Dom.		Dies Mens.	
xxvij	e	Kal.	1	
25. xxvj	f	iiij	2	Marcellini, Petri, atque Erasmi martyrum. commemoratio & M.
xxv. xxiv	g	iij	3	
xxiij	A	Prid.	4	
xxij	b	Non.	5	
xxj	c	viij	6	Norberti Episcopi & confess. iij. Lect. M.
xx	d	vij	7	Roberti Abbatis Ordinis Cister. iij. Lect. M.
xix	e	vj	8	Medardi Episcopi & confessoris. commemor.
xviij	f	v	9	Primi & Feliciani martyrum. commem. & M.
xvij	g	iiij	10	Claudij Episcopi & confess. iij. Lect. M.
xvj	A	iij	11	Barnabæ Apostoli. MM. maj.
xv	b	Prid.	12	Basilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarij martyrum. commemoratio & M.
xiiij	c	Idib.	13	
xiij	d	xviij	14	Basilij Magni, Episcopi & conf. iij. Lect. M.
xij	e	xvij	15	Viti, Modesti, atque Crescentiæ martyrum. commem.
xj	f	xvj	16	Lutgardis virginis, Ordinis Cister. M.
x	g	xv	17	
ix	A	xiiij	18	Marci & Marcelliani martyrum. commem. & M.
viij	b	xiij	19	Geruasij & Protasij martyrum. commem. & M.
vij	c	xij	20	
vj	d	xj	21	
v	e	x	22	Paulini Episcopi & confessoris. commem.
iiij	f	ix	23	Vigilia.
iij	g	viij	24	Natiuitas S. Ioannis Baptistæ. Sermo min.
ij	A	vij	25	Octauæ S. Ioannis. commemor. & M.
j	b	vj	26	Ioannis & Pauli martyrum. M. & commemor. Octauæ S. Ioannis.
*	c	v	27	Octauæ S. Ioannis. commemor. & M.
xxix	d	iiij	28	Leonis Papæ & confess. iij. Lect. M. & commemor. Vigiliæ, & Octauæ.
xxviij	e	iij	29	Petri & Pauli Apostolorum. Sermo min.
xxvij	f	Prid.	30	Commemoratio S. Pauli Apostoli. MM. & commem. Octauæ S. Ioannis.

Si vigilia S. Ioannis Baptistæ incidat in Festum Corporis Christi pridie eiusdem Festi ieiunetur, ex Leone X. ad Legatum in Hispania.

IVLIVS.

Cyclus Epactar.	Lit. Dom.		Dies Menſ.	
xxvj	g	Kal.	1	Octaua S. Ioannis Baptiſtæ. M. & commemor. Octauæ Apoſtolorum.
25. xxv	A	vj	2	Viſitatio Beatæ Mariæ Virginis. Sermo maj. cum commemor. SS. Proceſſi & Martiniani martyrum. in Laudibus tantùm.
xxiiij	b	v	3	De Octaua Viſitat. & commem. Oct. Apoſtolorum.
xxiij	c	iiij	4	De Octaua Viſitat. & commem. Octauæ Apoſtolorum.
xxij	d	iij	5	De Octaua Viſitat. & commem. Octauæ Apoſtolorum.
xxj	e	Prid.	6	Octaua Apoſtolorum Petri & Pauli. M. & commemor. Octauæ Viſitationis.
xx	f	Non.	7	De Octaua Viſitationis.
xix	g	viij	8	De Octaua Viſitationis.
xviij	A	vij	9	Octaua Viſitationis B. Mariæ. M.
xvij	b	vj	10	Septem Fratrum martyrum. commemor. & M.
xvj	c	v	11	Tranſlatio S. Benedicti Abbatis. MM. maj.
xv	d	iiij	12	Ioannis Gualberti Abbatis. iij. Lect. M.
xiiij	e	iij	13	Anacleti Papæ & martyris. commem. & M.
xiij	f	Prid.	14	Bonauenturæ Epiſcopi & confeſſ. & Eccleſiæ Doctoris. [iij. Lect. M.
xij	g	Idib.	15	
xj	A	xvij	16	
x	b	xvj	17	Alexij confeſſoris. commemoratio.
ix	c	xv	18	Symphoroſæ cum ſeptem filiis martyribus. comm. & M.
viij	d	xiiij	19	
vij	e	xiij	20	Margaritæ virginis & martyris. commem.
vj	f	xij	21	Praxedis virginis. commemoratio.
v	g	xj	22	Mariæ Magdalenæ. MM. maj.
iiij	A	x	23	Apollinaris Epiſcopi & mart. commem. & M.
iij	b	ix	24	Vigilia & commem. S. Chriſtinæ virg. & mart.
ij	c	viij	25	Iacobi Apoſtoli. MM. maj. & commemor. S. Chriſtophori martyris.
j	d	vij	26	Annæ Matris B. virginis Mariæ. MM. maj.
*	e	vj	27	Pantaleonis martyris. commemoratio.
xxix	f	v	28	Nazarij, Celſi, & Victoris Papæ mart. & Innocentij Papæ & confeſſ. commem.
xxviij	g	iiij	29	Marthæ virginis. iij. Lect. M. & commemor. SS. Felicis Papæ, Simplicij, Fauſtini, & Beatricis mart.
xxvij	A	iij	30	Abdon & Sennen martyrum. commem. & M.
25. xxvj	b	Prid.	31	Ignatij Confeſſoris. iij. Lect. M. & commemor. S. Germani Epiſcopi & confeſſ.

AVGVSTVS.

Cyclus Epactar.	Lit. Dom.		Dies Mens.	
xxv.xxiv	c	Kal.	1	Petri ad Vincula M. & commem. SS. Machabæorum martyrum.
xxiij	d	iiij	2	Stephani Papæ & martyris commem. & M.
xxij	e	iij	3	Inuentio S. Stephani Protomart. M.
xxj	f	Prid.	4	Dominici confessoris. M.
xx	g	Non.	5	
xix	A	viij	6	Transfiguratio Domini. MM. maj. & commem SS. Xisti Papæ, Felicissimi, & Agapiti martyrum.
xviij	b	vij	7	Donati Episcopi & martyris. commemoratio.
xvij	c	vj	8	Cyriaci, Largi, & Smaragdi martyrum. commem. & M.
xvj	d	v	9	Vigilia. & commem. S. Romani martyris.
xv	e	iiij	10	Laurentij martyris. MM. maj.
xiiij	f	iij	11	Susceptio S. Coronæ Domini. MM. maj. & commem. SS. Tiburtij & Susannæ martyrum.
xiij	g	Prid.	12	Claræ virginis. iij. Lect. M.
xij	A	Idib.	13	Hippolyti & Cassiani martyrum. commem.
xj	b	xix	14	Vigilia. & commem. S. Eusebij confessoris.
x	c	xviij	15	Assumptio B. Mariæ virginis. Sermo maj.
ix	d	xvij	16	De Oct. Ass. & commem. S. Hyacinthi confessoris.
viij	e	xvj	17	De Oct. Ass. & commem. Oct. S. Laurentij.
vij	f	xv	18	De Oct. & commemor. S. Agapiti maryris.
vj	g	xiiij	19	De Octaua.
v	A	xiij	20	Bernardi Abbatis. Sermo maj.
iiij	b	xij	21	De Oct. Ass. & commemor. Oct. S. Bernardi.
iij	c	xj	22	Octaua Assumpt. B. Mariæ. M. cum commemor. Octauæ S. Bernardi. & SS. Timothei, Hippolyti, & Symphoriani martyrum.
ij	d	x	23	De Oct. S. Bernardi. cum commem. Vigiliæ.
j	e	ix	24	Bartholomæi Apostoli. MM. maj.
*	f	viij	25	Ludouici Regis Franciæ confess. MM.
xxix	g	vij	26	De Octaua S. Bernardi.
xxviij	A	vj	27	Octaua S. Bernardi. M.
xxvij	b	v	28	Augustini Episcopi confess. & Ecclesiæ Doctoris. MM. & commem. S. Hermetis martyris.
xxvj	c	iiij	29	Decollatio S. Ioannis Baptistæ. MM. & commemoratio. S. Sabinæ martyris.
25. xxv	d	iij	30	Felicis & Adaucti martyrum. commem.
xxiiij	e	Prid.	31	

SEPTEMBER.

SEPTEMBER.

Cyclus Epactar.	Lit. Dom.		Dies Mens.	
xxiij	f	Kal.	1	Ægidij Abbatis. commemor. & M.
xxij	g	iiij	2	
xxj	A	iij	3	
xx	b	Prid.	4	
xix	c	Non.	5	
xviij	d	viij	6	
xvij	e	vij	7	
xvj	f	vj	8	Natiuitas B. Mariæ virginis. Sermo maj. & commemor. S. Adriani mart. in Laudibus tantùm.
xv	g	v	9	De Oct. B. Mariæ. & commem. S. Gorgonij mart.
xiiij	A	iiij	10	De Octaua.
xiij	b	iij	11	De Oct. & commem. SS. Proti & Hyacinthi mart.
xij	c	Prid.	12	De Octaua.
xj	d	Idib.	13	De Octaua.
x	e	xviij	14	Exaltatio S. Crucis. MM. cum commem. Octauæ Natiuitatis B. Mariæ.
ix	f	xvij	15	Octaua Natiuitatis B. Mariæ. M. cum commemoratio. S. Nicomedis martyris.
viij	g	xvj	16	Cornelij & Cypriani Pontificum & mart. iij. Lect. M. cum comm. SS. Euphemiæ, Luciæ, & Geminiani mart.
vij	A	xv	17	Lamberti Episcopi & martyris. iij. Lect. M.
vj	b	xiiij	18	Commemoratio Fratrum, Parentum, & Benefactorum Ordinis nostri.
v	c	xiij	19	Sequani Abbatis. commemoratio.
iiij	d	xij	20	Vigilia. & commemoratio. SS. Eustachij & sociorum martyrum.
iij	e	xj	21	Matthæi Apostoli & Euangelistæ. MM. maj.
ij	f	x	22	Mauritij & sociorum martyrum. iij. Lect. M.
j	g	ix	23	Theclæ virginis & martyris. commemoratio.
*	A	viij	24	
xxix	b	vij	25	
xxviij	c	vj	26	
xxvij	d	v	27	Cosmæ & Damiani martyrum. commem. & M.
25. xxvj	e	iiij	28	
xxv. xxiv	f	iij	29	Dedicatio S. Michaëlis Archangeli. MM. maj.
xxiij	g	Prid.	30	Hieronymi Presbyteri confessoris & Ecclesiæ Doctoris. MM.

OCTOBER.

Cyclus Epactar	Lit. Dom.		Dies Mens.	
xxij	A	Kal.	1	Remigij Episcopi & confess. iij. Lect. M.
xxj	b	vj	2	SS. Angelorum Custodum. MM. maj.
xx	c	v	3	
xix	d	iiij	4	Francisci confessoris. M.
xviij	e	iij	5	Placidi & sociorum martyrum. iij. Lect. M.
xvij	f	Prid.	6	Brunonis confessoris. iij. Lect. M.
xvj	g	Non.	7	Marci Papæ & confess. commem. & M.
xv	A	viij	8	Birgittæ viduæ. commemoratio.
xiiij	b	vij	9	Dionysij, Rustici, & Eleutherij martyrum. MM.
xiij	c	vj	10	
xij	d	v	11	
xj	e	iiij	12	
x	f	iij	13	
ix	g	Prid.	14	Callisti Papæ & martyris. commemoratio.
viij	A	Idib.	15	Tereſiæ virginis. iij. Lect. M.
vij	b	xvij	16	Heduuigis viduæ, Ordinis Cisterc. iij. Lect. M.
vj	c	xvj	17	
v	d	xv	18	Lucæ Euangelistæ. MM. maj.
iiij	e	xiiij	19	
iij	f	xiij	20	
ij	g	xij	21	Vrsulæ & sociarum virginum & martyrum. MM. & commem. S. Hilarionis Abbatis.
j	A	xj	22	
*	b	x	23	
xxix	c	ix	24	
xxviij	d	viij	25	Crispini & Crispiniani martyrum. commemoratio.
xxvij	e	vij	26	
xxvj	f	vj	27	Vigilia.
25. xxv	g	v	28	Simonis & Iudæ Apostolorum. MM. maj.
xxiiij	A	iiij	29	
xxiij	b	iij	30	
xxij	c	Prid.	31	Vigilia.

NOVEMBER.

NOVEMBER.

Cyclus Epactai	Lit. Dom.		Dies Mens.	
xxj	d	Kal.	1	Festum omnium Sanctorum. Sermo maj.
xx	e	iiij	2	Commemoratio omnium fidelium Defunctorum. & de Octaua omnium Sanctorum.
xix	f	iij	3	Malachiæ Episcopi & confessoris. MM. cum commemoratione. Octauæ.
xviij	g	Prid.	4	Caroli Episcopi. M. cum commem. Octauæ.
xvij	A	Non.	5	De Octaua.
xvj	b	viij	6	De Octaua.
xv	c	vij	7	De Octaua.
xiiij	d	vj	8	Octaua omnium Sanctorum. M. & commem. SS. Quatuor Coronatorum martyrum.
xiij	e	v	9	Theodori martyris. commemor. & M.
xij	f	iiij	10	
xj	g	iij	11	Martini Episcopi & confessoris. MM. maj. & commem. S. Mennæ martyris.
x	A	Prid.	12	Martini Papæ & martyris. commemoratio.
ix	b	Idib.	13	Festum omnium SS. Ordinis S. Benedicti. MM. maj.
viij	c	xviij	14	
vij	d	xvij	15	Leopoldi confess. iij. Lect. M.
vj	e	xvj	16	Edmundi Episcopi & confessoris. MM.
v	f	xv	17	
iiij	g	xiiij	18	Commemoratio Parentum & Fratrum nostrorum.
iij	A	xiij	19	Elizabeth viduæ. iij. Lect. M.
ij	b	xij	20	
j	c	xj	21	Præsentatio B. Mariæ virginis. Sermo min. cum comm. S. Columbani. in Laudibus tantùm.
*	d	x	22	Ceciliæ virginis & martyris. M.
xxix	e	ix	23	Clementis Papę & mart. M. cum cõm. S. Felicitatis mart.
xxviij	f	viij	24	Chrysogoni martyris. commemoratio.
xxvij	g	vij	25	Catharinæ virginis & martyris. MM.
25. xxvj	A	vj	26	
xxv. xxiv	b	v	27	
xxiij	c	iiij	28	
xxij	d	iij	29	Vigilia. & commem. S. Saturnini martyris.
xxj	e	Prid.	30	Andreæ Apostoli. MM. maj.

Dominica prima Aduentus est ea, quæ proximè sequitur diem 26. Nouembris.

DECEMBER.


Cyclus Epactar	Lit. Dom.		Dies Menſ.	
xx	f	Kal.	1	Eligij Epiſcopi & confeſſoris. iij. Lect. M.
xix	g	iiij	2	
xviij	A	iij	3	Galgani Eremitæ, Ordinis Ciſter. iij. Lect. M.
xvij	b	Prid.	4	Barbaræ virginis & martyris. commemoratio.
xvj	c	Non.	5	
xv	d	viij	6	Nicolai Epiſcopi & confeſſoris. MM.
xiiij	e	vij	7	
xiij	f	vj	8	Conceptio B. Mariæ virginis. Sermo min.
xij	g	v	9	
xj	A	iiij	10	
x	b	iij	11	Damaſi Papæ & confeſſoris. commemoratio.
ix	c	Prid.	12	
viij	d	Idib.	13	Luciæ virginis & martyris. M.
vij	e	xix	14	
vj	f	xviij	15	
v	g	xvij	16	
iiij	A	xvj	17	Incipiunt Antiphonæ O.
iij	b	xv	18	
ij	c	xiiij	19	
j	d	xiij	20	Vigilia.
*	e	xij	21	Thomæ Apoſtoli. MM. maj. in Laudibus commemoratio. Nolite timére.
xxix	f	xj	22	
xxviij	g	x	23	
xxvij	A	ix	24	Vigilia.
xxvj	b	viij	25	Natiuitas Domini noſtri IESV Chriſti. Sermo maj.
25. xxv	c	vij	26	Stephani Protomartyris. MM. maj. cum commemoratione. Octauæ Natiuitatis.
xxiiij	d	vj	27	Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ. MM. maj. cum commemoratione Octauarum.
xxiij	e	v	28	SS. Innocentium mart. MM. maj. cum commem. Octau.
xxij	f	iiij	29	Thomæ Cantuar. Epiſc. & mart. MM. cum com. Octau.
xxj	g	iij	30	De Octaua Nat. cum commem. aliarum Octauarum.
19. xx	A	Prid.	31	Silueſtri Papæ & confeſſoris. MM. cum commemoratione Octauarum.

Hæc Epacta 19, nigra numquam eſt in vſu, niſi quando eodem anno concurrit cum Aureo numero xix.

PSALTERIVM DAVIDICVM

SECVNDVM VSVM CISTERCIENSIS ORDINIS.

Feria ſecunda, ad Primam.



Aña. SEruíte. viij. tonus.

Pſalmus primus.

BEátus vir qui non ábijt in conſílio impiórum,& in via peccatórum non ſtetit:& in cáthedra peſtiléntiæ non ſedit.

Sed in lege Dómini volúntas eius:& in lege eius meditábitur die ac nocte.

Et erit tanquam lignum, quod plantátum eſt ſecus decúrſus aquárum:quod fructum ſuum dabit in témpore ſuo.

Et fólium eius non défluet: & ómnia quæcúmque fáciet, proſperabúntur.

Non sic ímpij,non sic:sed tamquam puluis, quem prόijcit ventus à fácie terræ.

Ideò non resúrgunt ímpij in iudício: neque peccatóres in concílio iustórum.

Quóniam nouit Dóminus viam iustórum: & iter impiórum períbit. Psalmus 2.

Qvare fremuérunt gentes: & pópuli meditáti sunt inánia.

Astitérunt reges terræ: & príncipes conuenérunt in vnum: aduérsus Dóminum & aduérsus Christum eius.

Dirumpámus víncula eórum: & proijciámus à nobis iugum ipsórum.

Qui hábitat in cælis irridébit eos: & Dóminus subsannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira sua:& in furóre suo conturbábit eos.

Ego autem constitútus sum rex ab eo super syon montem sanctum eius:prædicans præcéptum eius.

Dóminus dixit ad me: fílius meus es tu:ego hódie génui te.

Póstula à me, & dabo tibi gentes hæreditátē tuā: & possessiónem tuā términos terræ.

Reges eos in virga férrea: & tamquam vas fíguli confrínges eos.

Et nunc reges intellígite: erudímini qui iudicátis terram.

Seruíte Dómino in timóre: & exultáte ei cum tremóre.

Apprehéndite disciplínam nequándo irascátur Dóminus: & pereátis de via iusta.

Cùm exárserit in breui ira eius: beáti omnes qui confídunt in eo.

Psalmus 3.

DOmine quid multiplicáti sūt qui tríbulant me: multi insúrgunt aduérsū me.

Multi dicunt ánimæ meæ: non est salus ipsi in Deo eius.

Tu autem Dómine suscéptor meus es: glória mea, & exáltans caput meum.

Voce mea ad Dóminum clamáui: & exaudíuit me de monte sancto suo.

Ego dormíui, & soporátus sum: & exurréxi, quia Dóminus suscépit me.

Non timébo míllia pópuli circũdántis me: exúrge Dómine,ſaluum me fac Deus meus.
Quóniam tu percuſsíſti omnes aduerſántes mihi ſine cauſa: dentes peccatórũ cõtriuíſti.
Dómini eſt ſalus: & ſuper pópulum tuum benedíctio tua.

Pſalmus 4.

CVm inuocárẽ,exaudíuit me Deus iuſtítiæ meæ: in tribulatióne dilatáſti mihi.
Miſerére mei: & exáudi oratiónem meam.
Fili hóminũ vſquéquo graui corde: vt quid dilígitis vanitátem,& quærítis mendácium?
Scitóte quóniã mirificáuit Dñs ſanctũ ſuũ: Dñs exáudiet me, cùm clamáuero ad eum.
Iraſcímini, & nolíte peccáre: quæ dícitis in córdibus veſtris;& in cubílibus veſtris compungímini.
Sacrificáte ſacrifícium iuſtítiæ:& ſperáte in Dño: multi dicunt,quis oſténdit nobis bona?
Signátum eſt ſuper nos lumen vultus tui Dómine: dedíſti lætítiam in corde meo.
A fructu fruménti,vini & ólei ſui: multiplicáti ſunt.

In pace in idípſum : dórmiã,& requiéſcam.

Quóniam tu Dómine ſinguláriter in ſpe: conſtituíſti me. Pſalmus 5. Tonus 7

VErba mea áuribus pércipe Dómine: intéllige clamórem meum.

Inténde voci oratiónis meæ:Rex meus, & Deus meus.

Quóniam ad te orábo:Dómine: manè exáudies vocem meam.

Manè aſtábo tibi,& vidébo : quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit iuxta te malígnus : neque permanébunt iniúſti ante óculos tuos.

Odíſti omnes qui operántur iniquitátem: perdes omnes qui loquúntur mendácium.

Virum ſánguinum & dolóſum abominábitur Dóminus : ego autem in multitúdine miſericórdiæ tuæ.

Introíbo in domum tuam:adorábo ad templum ſanctum tuum in timóre tuo.

Dñe deduc me in iuſtítia tua:propter inimícos meos:dírige in conſpéctu tuo viã meam.

F Aña de 7 tono.

Quóniam non eſt in ore eórum véritas: cor eórum vanum eſt.

Sepúlchrum patens eſt guttur eórum: linguis ſuis dolóſè agébant: iudíca illos Deus.

Décidant à cogitatiónibus ſuis: ſecúndùm multitúdinem impietátem eórum expélle eos: quóniam irritauérunt te, Dómine.

Et lætén tur omnes, qui ſperant in te: in ætérnum exultábunt, & habitábis in eis.

Et gloriabúntur in te omnes, qui díligunt nomen tuum: quóniam tu benedíces iuſto.

Dómine vt ſcuto bonæ voluntátis tuæ: coronáſti nos.

Pſalmus 6.

Domine ne in furóre tuo árguas me: neque in ira tua corrípias me.

Miserére mei Dómine, quóniam infírmus ſum: ſana me Dómine, quóniam conturbáta ſunt oſſa mea.

Et ánima mea turbáta eſt valde: ſed tu Dómine vſquequo?

Conuértere Dómine, & éripe ánimã meam: ſaluũ me fac propter miſericórdiam tuam.

Quóniam non eſt in morte qui memor ſit tui : in inférno autem quis confitébitur tibi?

Laboráui in gémitu meo * lauábo per ſíngulas noctes lectum meum: lácrimis meis ſtratum meum rigábo.

Turbátus eſt à furóre óculus meus : inueteráui inter omnes inimícos meos.

Diſcédite à me omnes, qui operámini iniquitátem: quóniam exaudíuit Dóminus vocem fletus mei.

Exaudíuit Dóminus deprecatiónẽ meam: Dóminus oratiónem meam ſuſcépit.

Erubéſcant & conturbéntur veheménter omnes inimíci mei: conuertántur, & erubéſcant valdè velóciter.

Aña.




Quóniam non eſt in ore eórum véritas: cor eórum vanum eſt.

Sepúlchrum patens eſt guttur eórum: linguis ſuis dolóſè agébant: iudíca illos Deus.

Décidant à cogitatiónibus ſuis: ſecúndùm multitúdinem impietátem eórum expélle eos: quóniam irritauérunt te, Dómine.

Et lætentur omnes, qui ſperant in te: in ætérnum exultábunt, & habitábis in eis.

Et gloriabúntur in te omnes, qui díligunt nomen tuum: quóniam tu benedíces iuſto.

Dómine vt ſcuto bonæ voluntátis tuæ: coronáſti nos.

Pſalmus 6.

Domine ne in furóre tuo árguas me: neque in ira tua corrípias me.

Miſerére mei Dómine, quóniam infírmus ſum: ſana me Dómine, quóniam conturbáta ſunt oſſa mea.

Et ánima mea turbáta eſt valde: ſed tu Dómine vſ

Conuér

ſaluũ m

Quóniam non eſt in morte qui memor ſit tui : in inférno autem quis confitébitur tibi?

Laboráui in gémitu meo * lauábo per ſíngulas noctes lectum meum: lácrimis meis ſtratum meum rigábo.

Turbátus eſt à furóre óculus meus : inueteráui inter omnes inimícos meos.

Diſcédite à me omnes, qui operámini iniquitátem: quóniam exaudíuit Dóminus vocem fletus mei.

Exaudíuit Dóminus deprecatióne̅ meam: Dóminus oratiónem meam ſuſcépit.

Erubéſcant & conturbéntur veheménter omnes inimíci mei: conuertántur, & erubéſcant valdè velóciter.



Aña. Seruíte Dómino in timóre.

Tempore Paſchali ſingulis diebus ferialibus & feſtis vſque ad Pentecoſten.

Ad Primam.

Aña.



Alleluia, allelúia, allelúia, allelúia,



allelúia, allelúia, allelúia.

Feria tertia, ad Primam.

Aña.



Dómine. j. Pſalmus 7.

DOmine Deus meus in te ſperáui: ſaluum me fac ex ómnibus perſequéntibus me, & líbera me.

Nequándo rápiat vt leo ánimã meam: dum nõ eſt qui rédimat, neque qui ſaluum fáciat.

Dómine Deus meus ſi feci iſtud: ſi eſt iníquitas in mánibus meis.

Si réddidi retribuéntibus mihi mala: décidam méritò ab inimícis meis inánis.

Perſequátur inimícus ánimam meam, & comprehéndat & concúlcet in terra vitam meam: & glóriã meam in púluerẽ dedúcat.

Exúrge Dómine in ira tua: & exaltáre in

fínibus

fínibus inimicórum meórum.

E t exúrge Dómine Deus meus in præcépto quòd mandásti: & Synagóga populórum circúndabit te.

E t propter hanc in altum regrédere: Dóminus iúdicat pópulos.

I údica me Dómine secúndũ iustítiã meam: & secúndùm innocéntiam meam super me.

C onsumétur nequítia peccatórùm, & díriges iustum: scrutans corda & renes Deus.

I ustum adiutórium meum à Dómino: qui saluos facit rectos corde.

D eus iudex, iustus, fortis, & pátiens: nunquid iráscitur per síngulos dies?

N isi conuérsi fuéritis gládium suum vibrábit: arcum suum teténdit, & paráuit illum.

E t in eo paráuit vasa mortis: sagíttas suas ardéntibus effécit.

E cce partúrijt iniustítiam: concépit dolórem, & péperit iniquitátem.

L acum apéruit & effódit eum: & incídit in fóueam, quàm fecit.

Conuertétur dolor eius in caput eius: & in vérticem ipsíus iníquitas eius descéndet.

Confitébor Dómino secúndùm iustítiam eius: & psallam nómini Dómini altíssimi.

Psalmus 8.

DOmine Dóminus noster: quàm admirábile est nomen tuum in vniuérsa terra!

Quóniam eleuáta est magnificéntia tua: super cœlos.

Ex ore infántium, & lacténtium perfecísti laudem propter inimícos tuos: vt déstruas inimícum & vltórem.

Quóniam vidébo cœlos tuos ópera digitórum tuórum: lunã & stellas, quæ tu fundásti.

Quid est homo, quòd memor es eius: aut fílius hóminis, quóniam vísitas eum?

Minuísti eum paulóminus ab Angelis: glória & honóre coronásti eum: & constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Omnia subiecísti sub pédibus eius: oues & boues vniuérsas; ínsuper & pécora campi.

V ólucres cæli, & piſces maris: qui perámbulant ſémitas maris.

D ómine Dn̄s noſter: quàm admirábile eſt nómen tuum in vniuérſa terra! Pſalmus 9.

C Onfitébor tibi Dómine in toto corde meo: narrábo ómnia mirabília tua.

L ætábor & exultábo in te: pſallam nómini tuo altíſsime.

I n conuerténdo inimícum meum retrórſum: infirmabúntur & períbunt à fácie tua.

Q uóniam fecíſti iudícium meum & cauſam meam: ſedíſti ſuper thronum qui iúdicas iuſtítiam.

I ncrepáſti gentes & périjt ímpius: nomen eórum deléſti in ætérnū & in ſǽculū ſǽculi.

I nimíci defecérunt frámeæ in finem: & ciuitátes eórum deſtruxíſti.

P érijt memória eórum cum ſónitu: & Dóminus in ætérnum pérmanet.

P aráuit in iudício thronum ſuum, & ipſe iudicábit orbem terræ in æquitáte: iudicábit pópulos in iuſtítia.

Et factus eſt Dóminus refúgium páuperi: adiútor in oportunitátibus in tribulatióne.

Et ſperent in te qui nouérũt nomen tuum: quóniã non dereliquíſti quærentes te Dñe.

Pſállite Dómino qui hábitat in Sion: annuntiáte inter gentes ſtúdia eius.

Quóniam requírens ſánguinem eórum recordátus eſt: non eſt oblítus clamórem páuperum.

Miſerére mei Dómine: vide humilitátem meam de inimícis meis.

Qui exáltas me de portis mortis: vt annúnciem omnes laudatiónes tuas in portis fíliæ Sion.

Exultábo in ſalutári tuo: infíxæ ſunt gentes in intéritu quem fecérunt.


In láqueo iſto quem abſcondérunt: comprehénſus eſt pes eórum.

Cognoſcétur Dóminus iudícia fáciens: in opéribus mánuum ſuárum comprehénſus eſt peccátor.

Conuertántur peccatóres in inférnum: om-

nes gentes qui obliuiſcúntur Deum.
Quóniam non in finem oblíuio erit páuperis: patiéntia páuperũ, non períbit in finem.

Feria quarta, ad Primam.



Aña. Dómine Deus meus in te ſperáui.



Aña. Exúrge. i. Diuiſio.

EXúrge Dómine non confortétur homo: iudicéntur gentes in conſpéctu tuo.
Conſtítue Dómine legiſlatórem ſuper eos: vt ſciant gentes quóniam hómines ſunt.
Vt quid Dómine receſsíſti longè: deſpícis in opportunitátibus in tribulatióne.
Dum ſupérbit ímpius incénditur pauper: cõprehendúntur in cõſíliis quibus cógitãt.
Quóniam laudátur peccátor in deſidérijs ánimæ ſuæ: & iníquus benedícitur.
Exacerbáuit Dóminum peccátor: ſecúndùm multitúdinem iræ ſuæ non quæret.

Non eſt Deus in conſpéctu eius: inquinátæ ſunt viæ illíus in omni témpore.

Auferúntur iudícia tua à fácie eius: ómnium inimicórum ſuórum dominábitur.

Dixit enim in corde ſuo: non mouébor à generatióne in generatiónem ſine malo.

Cuius maledictióne os plenũ eſt, & amaritúdine & dolo: ſub lingua eius labor & dolor.

Sedet in inſídiis cum diuítibus in occúltis: vt interfíciat innocéntem.

Oculi eius in páuperem reſpíciunt: inſidiátur in abſcóndito quaſi leo in ſpelúnca ſua.

Inſidiátur vt rápiat páuperem: rápere páuperem, dum áttrahit eum.

In láqueo ſuo humiliábit eum: inclinábit ſe, & cadet, cum dominátus fúerit páuperum.

Dixit enim in corde ſuo, oblítus eſt Deus: auértit fáciem ſuam, ne vídeat in finem.

Exúrge Dómine Deus, exaltétur manus tua: ne obliuiſcáris páuperum.

Propter quid irritáuit ímpius Deum: dixit enim in corde ſuo non requíret.

Vides quóniam tu labórem, & dolórem consíderas: vt tradas eos in manus tuas.

Tibi derelíctus est pauper: órphano tu eris adiútor.

Cóntere bráchium peccatóris & malígni: quærétur peccátum illíus, & nõ inuenietur.

Dóminus regnábit in ætérnum, & in sæculum sæculi: períbitis gentes de terra illíus.

Desidérium páuperũ exaudíuit Dóminus: præparatiónẽ cordis eórũ audíuit auris tua.

Iudicáre pupíllo & húmili: vt non appónat vltra magnificáre se homo super terram.

Psalmus 10.

IN Dño confído: quómodo dícitis ánimæ meæ; tránsmigra in montem sicut passer?

Quóniam ecce peccatóres intendérunt arcum: parauérunt sagíttas suas in pháretra: vt sagíttent in obscúro rectos corde.

Quóniam quæ perfecísti, destruxérunt: iustus autem quid fecit?

Dóminus in templo sancto suo: Dóminus in cœlo sedes eius.

Oculi eius in páuperem reſpíciunt: pálpebræ eius intérrogant fílios hóminum.

Dóminus intérrogat iuſtũ & ímpium: qui autẽ díligit iniquitátem, odit ánimam ſuam.

Pluet ſuper peccatóres láqueos: ignis, ſulphur, & ſpíritus procellárum pars cálicis eórum.

Quóniam iuſtus Dóminus, & iuſtítias diléxit: æquitátem vidit vultus eius. Pſalm. II.

SAluum me fac Dómine, quóniam defécit ſanctus: quóniam diminútæ ſunt veritátes à fílijs hóminum.


Vana locúti ſunt vnuſquíſque ad próximum ſuum: lábia dolóſa in corde, & corde locúti ſunt.

Diſpérdat Dóminus vniuérſa lábia dolóſa: & linguam magníloquam.

Qui dixérunt linguam noſtram magnificábimus, lábia noſtra à nobis ſunt: quis noſter Dóminus eſt?

Propter miſériam ínopum & gémitum páuperum: nunc exúrgam dicit Dóminus.

Ponam in ſalutári : fiduciáliter agam in eo.
Elóquia Dómini elóquia caſta : argéntum igne examinátum, probátum terræ, purgátum ſéptuplum.
Tu Dómine ſeruábis nos : & cuſtódies nos à generatióne hac in ætérnum.
In circúitu ímpij ámbulant : ſecúndùm altitúdinem tuã multiplicáſti fílios hóminum.



Aña. Exúrge Dómine nõ præuáleat homo.

Feria quinta, ad Primam.



Aña. Illúmina. 8. Pſalmus 12.

VSquequo Dómine obliuiſcéris me in finem : víſquequo auértis fáciẽ tuã à me?
Quándiu ponam consília in ánima mea : dolórem in corde meo per diem?
Vſquequo exaltábitur inimícus meus ſuper me : réſpice, & exáudi me Dñe Deus meus.
Illúmina óculos meos ne vnquam obdór-

miam in morte: nequándo dicat inimícus meus, præuálui aduérſus eum.

Qui tribulant me, exultábunt ſi motus fúero: ego autem in miſericórdia tua ſperáui.

Exultábit cor meum in Salutári tuo: cantábo Dómino, qui bona tríbuit mihi; & pſallam nómini Dómini Altíſsimi.

Pſalmus 13.

DIxit inſipiens in corde ſuo: nõ eſt Deus. Corrúpti ſunt, & abominábiles facti ſunt in ſtúdiis ſuis: nõ eſt qui fáciat bonum, non eſt vſque ad vnum.

Dóminus de cœlo proſpéxit ſuper fílios hóminum: vt vídeat, ſi eſt intélligens, aut requírens Deum.

Omnes declinauérunt, ſimul inútiles facti ſunt: non eſt qui fáciat bonum non eſt vſque ad vnum.

Sepúlchrum patens eſt guttur eórum: linguis ſuis dolóſè agébant: venénum áſpidum ſub lábiis eórum.

Quorum os maledictióne, & amaritúdine

plenum eſt: velóces pedes eórum ad effundéndum ſánguinem.

Contrítio & infœlícitas in vijs eórum: & viam pacis non cognouérunt: non eſt timor Dei ante óculos eórum.

Nonne cognóſcent omnes qui operántur iniquitátem: qui déuorant plebem meam ſicut eſcam panis?

Dóminum non inuocauérunt: illic trepidauérunt timóre, vbi non erat timor.

Quóniam Dóminus in generatióne iuſta eſt: conſílium ínopis confudíſtis: quóniam Dóminus ſpes eius eſt.

Quis dabit ex Sion Salutáre Iſráel: cùm auérterit Dóminus captiuitátem plebis ſuæ, exultábit Iacob, & lætábitur Iſráel.

Pſalmus 14.

Domine, quis habitábit in tabernáculo tuo: aut quis requiéſcet in monte ſancto tuo?

Qui ingréditur ſine mácula: & operátur iuſtítiam?

Qui lóquitur veritátem in corde ſuo: qui non egit dolum in lingua ſua.

Nec fecit próximo ſuo malum: & oppróbrium nō accépit aduérſus próximos ſuos.

Ad níhilum dedúctus eſt in cōſpéctu eius malígnus: timéntes autē Dóminū gloríficat.


Qui iurat próximo ſuo, & non décipit: qui pecúniam ſuam non dedit ad vſúram: & múnera ſuper innocéntem non accépit.

Qui facit hæc: non mouébitur in ætérnum.

Aña. 

Illúmina óculos meos Dómine.

Feria ſexta, ad Primam.

Aña. 

Conſérua me. ij. Pſalmus 15.

COnſérua me Dómine, quóniam ſperá-ui in te: dixi Dómino, Deus meus es tu: quóniam bonórum meórum non eges.

Sanctis, qui ſunt in terra eius: mirificáuit omnes voluntátes meas in eis.

Multiplicátæ

Multiplicátæ ſunt infirmitátes eórum: póſtea accelerauérunt.

Non congregábo conuentícula eórum de ſanguínibus: nec memor ero nóminum eórum per lábia mea.

Dóminus pars hæreditátis meæ, & cálicis mei: tu es qui reſtítues hæreditátẽ meã mihi.

Funes cecidérũt mihi in præcláris: étenim hæréditas mea præclára eſt mihi.

Benedícam Dóminum, qui tríbuit mihi intelléctum: ínſuper, & vſque ad noctem increpuérunt me renes mei.

Prouidébam Dóminum in cõſpéctu meo ſemper: quóniam à dextris eſt mihi, ne commóuear.

Propter hoc lætátũ eſt cor meum: & exultáuit lingua mea: ínſuper & caro mea requiéſcet in ſpe.

Quóniam non derelínques ánimam meam in inférno: nec dabis Sanctum tuum vidére corruptiónem.

Notas mihi fecíſti vias vitæ: adimplébis me

lætítia cum vultu tuo: delectatiónes in déxtera tua vſque ad finem. Pſalmus 16.

EXáudi Dómine iuſtítiam meam: inténde deprecatiónem meam.

Auribus pércipe oratiónem meam: non in lábiis dolóſis.

De vultu tuo iudícium meum pródeat: óculi tui vídeant æquitátes.

Probáſti cor meũ, & viſitáſti nocte: igne me examináſti; & nõ eſt inuénta in me iníquitas.

Vt nõ loquátur os meum ópera hóminum: propter verba labiórum tuórum ego cuſtodíui vias duras.

Pérfice greſſus meos in ſémitis tuis: vt non moueántur veſtígia mea.

Ego clamáui quóniam exaudíſti me Deus: inclína aurẽ tuã mihi, & exáudi verba mea.

Mirífica miſericórdias tuas: qui ſaluos facis ſperántes in te.

A reſiſténtibus déxteræ tuæ cuſtódi me: vt pupíllam óculi tui.

Sub vmbra alárum tuárum prótege me: à

fácie

fácie impiórum qui me afflixérunt.

Inimíci mei ánimam meam circundedérunt: ádipem ſuum concluſérunt: os eórum locútum eſt ſupérbiam.

Proijciéntes me nunc circundedérunt me: óculos ſuos ſtatuérunt declináre in terram.

Suſcepérunt me ſicut leo parátus ad prædam: & ſicut cátulus leónis hábitās inábditis.

Exúrge Dómine præueni eum, & ſupplantáta eum: éripe ánimam meam ab ímpio: frámeam tuam ab inimícis manus tuæ.

Dómine à paucis de terra díuide eos in vita eórum: de abſcónditis tuis adimplétus eſt venter eórum.

Saturáti ſunt fílijs: & dimiſérunt relíquias ſuas páruulis ſuis.

Ego autem in iuſtítia apparébo conſpéctui tuo: ſatiábor cùm apparúerit glória tua.

Pſalmus 17.

DIligam te Dómine fortitúdo mea: Dóminus firmaméntum meum, & refúgium & liberátor meus.

Deus meus adiútor meus: & sperábo in eũ.
Protéctor meus, & cornu salútis meæ: & suscéptor meus.
Laudans inuocábo Dóminum: & ab inimícis meis saluus ero.
Circundedérunt me dolóres mortis: & torréntes iniquitátis conturbauérunt me.
Dolóres inférni circundedérunt me: præoccupauérunt me láquei mortis.
In tribulatióne mea inuocáui Dóminum: & ad Deum meum clamáui.
Et exaudíuit de templo sancto suo vocem meam: & clamor meus in conspéctu eius introíuit in aures eius.
Commóta est, & contrémuit terra: fundaménta móntium conturbáta sunt, & commóta sunt: quóniam irátus est eis.
Ascéndit fumus in ira eius: & ignis à fácie eius exársit: carbónes succénsi sunt ab eo.
Inclináuit cœlos, & descéndit: & calígo sub pedíbus eius.
Et ascéndit super Chérubin, & voláuit:

voláuit ſuper pennas ventórum.

Et póſuit ténebras latíbulum ſuum: in circuítu eius tabernáculum eius: tenebróſa aqua in núbibus aéris.

Præ fulgóre in conſpéctu eius: nubes tranſiérunt grando, & carbónes ignis.

Et intónuit de cœlo Dóminus: & altíſsimus dedit vocem ſuam: grando, & carbónes ignis.

Et miſit ſagíttas ſuas, & diſsipáuit eos: fúlgura multiplicáuit, & conturbáuit eos.

Et apparuérunt fontes aquárum: & reueláta ſunt fundaménta orbis terrárum.

Ab increpatióne tua Dómine: ab inſpiratióne ſpíritus iræ tuæ.

Miſit de ſummo, & accépit me: & aſſúmpſit me de aquis multis.

Erípuit me de inimícis meis fortíſsimis: & ab his, qui odérunt me: quóniam confortáti ſunt ſuper me.

Præuenérunt me in die afflictiónis meæ: & factus eſt Dóminus protéctor meus.

Et edúxit me in latitúdinem: ſaluum me fecit quóniam vóluit me.

Et retríbuet mihi Dóminus ſecúndùm iuſtítiam meam: & ſecúndùm puritátem mánuum meárum retríbuet mihi.

Quia cuſtodíui vias Dómini: nec ímpiè geſſi à Deo meo.

Quóniam ómnia iudícia eius in conſpéctu meo: & iuſtítias eius non répuli à me.


Et ero immaculátus cum eo: & obſeruábo me ab iniquitáte mea.

Et retríbuet mihi Dóminus ſecúndùm iuſtítiam meam: & ſecúndùm puritátem mánuum meárum in conſpéctu oculórum. eius.



Aña. Cõſérua me Dñe, quóniã in te ſperáui.

Sabbato ad Primam.



Aña. Viuit Dóminus. 7.

Diuiſio.

CVm ſancto ſanctus eris: & cùm viro innocénte ínnocens eris.

Et cum elécto eléctus eris: & cum peruérſo peruertéris.

Quóniam tu pópulum húmilem ſaluum fácies: & óculos ſuperbórum humiliábis.

Quóniam tu illúminas lucérnam meã Dómine: Deus meus illúmina ténebras meas.

Quóniã in te erípiar à tentatióne: & in Deo meo tranſgrédiar murum.

Deus meus impollúta via eius: elóquia Dómini igne examináta: protéctor eſt ómnium ſperántium in ſe.

Quóniam quis Deus præter Dóminum: aut quis Deus præter Deum noſtrum?

Deus, qui præcínxit me virtúte: & póſuit immaculátam viam meam.

Qui perfécit pedes meos tanquam ceruórum: & ſuper excélſa ſtátuens me.

Qui docet manus meas ad prælium: & poſuíſti vt arcum æreum bráchia mea.

Et dedísti mihi protectiónem salútis tuæ: & déxtera tua suscépit me.

Et disciplína tua corréxit me in finem: & disciplína tua ipsa me docébit.

Dilatásti gressus meos subtus me: & non sunt infirmáta vestígia mea.

Pérsequar inimícos meos, & comprehéndam illos: & non conuértar donec defíciãt.

Confríngam illos, nec póterũt stare: cadent subtus pedes meos.

Et præcinxísti me virtúte ad bellum: & supplantásti insurgéntes in me subtus me.

Et inimícos meos dedísti mihi dorsum: & odiéntes me disperdidísti.

Clamauérunt, nec erat qui saluos fáceret: ad Dóminum: nec exaudíuit eos.

Et comminuam eos, vt púluerem ante fáciem venti: vt lutum plateárum delébo eos.

Erípies me de contradictiónibus pópuli: constítues me in caput géntium.

Pópulus, quem non cognóui seruíuit mihi: in audítu oris obedíuit mihi.

Fílij aliéni mentíti sunt mihi: & fílij aliéni inueteráti sunt: & claudicauérũt à sémitis suis.

Viuit Dóminus, & benedíctus Deus meus: & exaltétur Deus salútis meæ.

Deus, qui das vindíctas mihi: & subdis pópulos sub me: liberátor meus de inimícis meis iracúndis.

Et ab insurgéntibus in me exaltábis me: à viro iníquo erípies me.

Proptérea confitébor tibi in natiónibus Dómine: & nómini tuo psalmum dicam.

Magníficans salútes regis eius: & fáciens misericórdiam Christo suo Dauid: & sémini eius vsque in sæculum.

Psalmus 18.

CAeli enárrãt glóriam Dei: & ópera mánuum eius annúntiat firmaméntum.

Dies diéi erúctat verbum: & nox nocti índicat sciéntiam.

Non sunt loquélæ neque sermónes: quórum non audiántur voces eórum.

In omnem terram exíuit sonus eórum: & in fines orbis terræ verba eórum.

In sole pósuit tabernáculum suum: & ipse tanquam spōsus procédens de thálamo suo.

Exultáuit vt gigas ad curréndam viam: à summo cœlo egréssio eius.

Et occúrsus eius vsque ad summum eius: nec est, qui se abscóndat à calóre eius.

Lex Dómini immaculáta conuértens ánimas: testimónium Dómini fidéle, sapiéntiam præstans páruulis.

Iustítiæ Dómini rectæ lætificántes corda: præcéptũ Dómini lúcidũ illúminãs óculos.

Timor Dómini sanctus pérmanet in sǽculum sǽculi: iudícia Dómini vera iustificáta in semetípsa.

Desiderábilia super aurum, & lápidem præciósũ multũ: & dulcióra super mel, & fauũ.

Etenim seruus tuus custódit ea: in custodiéndis illis retribútio multa.

Délicta quis intélligit: ab occúltis meis munda me: & ab aliénis parce seruo tuo.

Si mei non fúerint domináti, tunc immaculátus ero: & emundábor à delícto máximo.

Et erunt vt compláceant elóquia oris mei: & meditátio cordis mei in conſpéctu tuo ſemper.

Dómine adiútor meus: & redémptor meus.

Pſalmus 19.

EXáudiat te Dóminus in die tribulatiónis: prótegat te nomen Dei Iacob.

Mittat tibi auxílium de Sancto: & de Sion tueátur te.

Memor ſit omnis ſacrifícij tui: & holocáuſtum tuum pingue fiat.

Tríbuat tibi ſecúndùm cor tuum: & omne consílium tuum confírmet.

Lætábimur in Salutári tuo: & in nómine Dei noſtri magnificábimur.

Impleat Dóminus omnes petitiónes tuas: nunc cognóui quóniam ſaluum fecit Dóminus Chriſtum ſuum.

Exáudiet illum de cœlo ſancto ſuo: in potentátibus ſalus déxteræ eius.

Hi in cúrribus, & hi in equis: nos autem in nómine Dómini Dei noſtri inuocábimus.

Ipſi obligáti ſunt,& cecidérunt : nos autem ſurréximus & eréɛti ſumus.

Dómine ſaluum fac Regem : & exáudi nos in die qua inuocauérimus te.



Aña. Viuit Dóminus,& benedíɛtus Deus



ſalútis meæ.

In principio vigiliarum tam Dominicis diebus feſtis, quàm feriatis dicitur. Pater noſter. Credo in Deum, & Credo in Spíritum ſanɛtum.

Deinde Deus in adiutórium meum inténde. Dómine ad adiuuándum me feſtína.

Poſtea ter. Dómine lábia mea apéries.

Et os meum annuntiábit laudem tuam.

Et conſequenter Pſalmus. Dómine quid multiplicáti ſunt. Deinde Inuitatorium.

Dominicis diebus à Trinitate vſque ad Aduentum. Inuitatorium.



In die Paschæ eius actau. In diebus Ascensionis Pentecostes S. Marci Euangelistæ, ac etiam in festis Annunciationis B. Mariæ: & S. Benedicti si post Pascha celebrentur. Inuitatorium.



Cæteris diebus tam Dominicis festis quàm priuatis. Inuitatorium.



In primo Nocturno.



Pſalmus 20.

DOmine in virtúte tua lætábitur rex: & ſuper Salutáre tuum exultábit veheménter.

Deſidérium cordis eius tribuíſti ei: & voluntáte labiórum eius non fraudáſti eum.

Quóniam præueníſti eum in benedictiónibus dulcédinis: poſuíſti in cápite eius corónam de lápide prætióſo.

Vitam pétijt à te, & tribuíſti ei longitúdinem dierũ in ſǽculum, & in ſǽculũ ſǽculi.

Magna eſt glória eius in Salutári tuo: glóriã, & magnum decórem impónes ſuper eum.

Quóniam dabis eum in benedictiónem in ſǽculum ſǽculi: lætificábis eum in gáudio cum vultu tuo.

Quóniam Rex ſperat in Dómino: & in miſericórdia Altíſsimi non commouébitur.

Inueniátur manus tua ómnibus inimícis tuis: déxtera tua inuéniat omnes qui te odérunt.

Pones eos vt clíbanum ignis in témpore

vultus tui: Dóminus in ira ſua conturbábit eos;& deuorábit eos ignis.

Fructum eórum de terra perdes:& ſemen eórum à fílijs hóminum.

Quóniam declinauérunt in te mala:cogitauérunt consília,quæ non potuérũt ſtabilíre.

Quóniam pones eos dorſum: in relíquijs tuis præparábis vultum eórum.

Exaltáre Dómine in virtúte tua: cantábimus, & pſallémus virtútes tuas. Pſalm. 21.

DEus, Deus meus réſpice in me: quare me dereliquíſti: longè à ſalúte mea verba delictórum meórum.

Deus meus clamábo per diem,& non exáudies: & nocte,& non ad inſipiéntiam mihi.

Tu autem in ſancto hábitas: laus Iſráel.

In te ſperauérunt patres noſtri: ſperauérunt & liberáſti eos.

Ad te clamauérunt,& ſalui facti ſunt: in te ſperauérunt, & non ſunt confúſi.

Ego autem ſum vermis, & non homo: oppróbrium hóminum,& abiéctio plebis.

Omnes vidéntes me derisérunt me: locúti sunt lábijs & mouérunt caput.

Speráuit in Dómino, erípiat eum: saluum fáciat eum, quóniam vult eum.

Quóniam tu es, qui extraxísti me de ventre: spes mea ab vbéribus matris meæ: in te proiéctus sum ex vtero.

De ventre matris meæ Deus meus es tu: ne discésseris à me.

Quóniam tribulátio próxima est: quóniam non est, qui ádiuuet.

Circundedérunt me vítuli multi: tauri pingues obsedérunt me.

Aperuérunt super me os suum: sicut leo rápiens, & rúgiens.

Sicut aqua effúsus sum: & dispérsa sunt ómnia ossa mea.

Factum est cor meum tanquam cera liquéscens: in médio ventris mei.

Aruit tanquam testa virtus mea: & lingua mea adhæsit faúcibus meis: & in púluerem mortis deduxísti me.

Quóniam circundedérunt me canes multi: consílium malignántium obsédit me.

Fodérunt manus meas, & pedes meos: dinumerauérunt ómnia ossa mea.

Ipsi verò considerauérunt, & inspexérunt me: diuisérunt sibi vestiménta mea,: & super vestem meam misérunt sortem.

Tu autem Dómine ne elongáueris auxílium tuum à me: ad defensiónem meam cónspice.

Erue à frámea Deus ánimam meam: & de manu canis vnicam meam.

Salua me ex ore leónis: & à córnibus vnicórnium humilitátem meam.

Narrábo nomen tuum frátribus meis: in médio Ecclésiæ laudábo te.

Qui timétis Dóminum, laudáte eum: vniuérsum semen Iacob glorificáte eum.

Tímeat eum omne semen Isráel: quóniam non spreuit, neque despéxit deprecatiónem páuperis.

Psalt. Cisterc. Aña in Adventu. Ecce veniet Prophpheta magnus, & ipse renovabit Jerusalem, alleluja.

Nec auértit fáciem ſuam à me: & cùm clamárem ad eum exaudíuit me.

Apud te laus mea in Eccléſia magna: vota mea reddam in conſpéctu timéntium eum.

Edent paúperes, & ſaturabúntur: & laudábunt Dóminum, qui requírunt eum: viuent corda eórum in ſǽculum ſǽculi.

Reminiſcéntur & conuerténtur ad Dóminum: vniuérſi fines terræ.

Et adorábunt in conſpéctu eius: vniuérſæ famíliæ géntium.

Quóniam Dómini eſt regnum: & ipſe dominábitur géntium.

Manducáuerunt, & adorauérunt omnes pingues terræ: in conſpéctu eius cadent omnes, qui deſcéndunt in terram.

Et ánima mea illi viuet: & ſemen meum ſéruiet ipſi.

Annuntiábitur Dómino generátio ventúra: & annuntiábunt cœli iuſtítiam eius pópulo, qui naſcétur: quem fecit Dóminus.

In Adventu Aña. Dominus legifer noſter, Dominus Rex noſter, ipſe veniet, & ſalvabit nos. Aña. 3.

Per Annum



Aña. Dñe in virtúte tua lætá bitur Rex.



Aña. Dóminus. In Adventu Pſalmus 22.

Aña. Ecce veniet. etc: 37. pag:

DOminus regit me,& nihil mihi déerit: in loco páſcuæ ibi me collocáuit. Aña de VIII

Super aquam refectiónis educáuit me : ánimam meam conuértit.

Dedúxit me ſuper ſémitas iuſtítiæ: propter nomen ſuum.

Nã etſi ambuláuero in médio vmbræ mortis,non timébo mala : quóniã tu mecum es.

Virga tua & báculus tu⁹: ipſa me cõſoláta sũt.

Paráſti in conſpéctu meo menſam : aduérſus eos, qui tríbulant me.

Impinguáſti in óleo caput meum : & calix meus inébrians quàm præclárus eſt.

Et miſericórdia tua ſubſequétur me: ómnibus diébus vitæ meæ.

Et vt inhábitem in domo Dómini : in lon-

gitúdinem diérum. Pſalmus 23.

DOmini eſt terra & plenitúdo eius : orbis terrárũ & vniuérſi, qui hábitãt in eo.

Quia ipſe ſuper mária fundáuit eum : & ſuper flúmina præparáuit eum.

Quis aſcéndet in montem Dómini: aut quis ſtabit in loco ſancto eius?

Innocens mánibus & mundo corde : qui non accépit in vano ánimam ſuam: nec iuráuit in dolo próximo ſuo.

Hic accípiet benedictiónem à Dómino : & miſericórdiam à Deo Salutári ſuo.

Hæc eſt generátio quæréntium eum : quæréntium fáciem Dei Iacob.

Attóllite portas príncipes veſtras : & eleuámini portæ æternáles : & introíbit Rex glóriæ.

Quis eſt iſte Rex glóriæ? Dóminus fortis & potens: Dóminus potens in prælio.


Attóllite portas príncipes veſtras : & eleuámini portæ æternáles : & introíbit Rex glóriæ.

In Adventu Ana. Annuntiate populis, & dicite: Ecce Deus Salvator noster veniet. Quis

Quis eſt iſte Rex glóriæ? Dóminus virtutum ipſe eſt Rex glóriæ.



Aña. Dóminus regit me, & nihil mihi dée-



rit: in loco páſcuæ ibi me collocáuit.



Aña. Oculi. Pſalmus 24.

AD te Dñe leuáui ánimam meam: Deus meus in te confído, non erubéſcam. VIII

Neque irrídeãt me inimíci mei: étenim vniuérſi, qui ſúſtinent te, non confundéntur.

Confundántur omnes iníqua agéntes: ſuperuácuè.

Vias tuas Dómine demónſtra mihi: & ſémitas tuas edõce me.

Dírige me in veritáte tua, & doce me: quia tu es Deus Saluátor meus, & te ſuſtínui tota die.

Reminíſcere miſeratiónum tuárum Dómi-

ne: & miſericordiárum tuárum, quæ à ſæculo ſunt.

Delícta iuuentútis meæ: & ignorántias meas ne memíneris.

Secúndùm miſericórdiam tuam meménto mei tu: propter bonitátem tuã, Dómine.

Dulcis & rectus Dóminus: propter hoc legem dabit delinquéntibus in via.

Díriget manſuétos in iudício: docébit mites vias ſuas.

Vniuérſæ viæ Dómini miſericórdia & véritas: requiréntibus teſtaméntum eius & teſtimónia eius.

Propter nomen tuum Dómine propitiáberis peccáto meo: multum eſt enim.

Quis eſt homo, qui timet Dóminum: legem ſtátuit ei in via, quam elégit.

Anima eius in bonis demorábitur: & ſemen eius hæreditábit terram.

Firmaméntũ eſt Dóminus timéntibus eũ: & teſtaméntum ipſíus, vt manifeſtétur illis.

Oculi mei ſemper ad Dóminum: quóniam

ipſe euéllet de láqueo pedes meos.
Réſpice in me & miſerére mei: quia vnicus, & pauper ſum ego.
Tribulatiónes cordis mei multiplicátæ sũt: de neceſsitátibus meis érue me.
Vide humilitátem meã, & labórem meum: & dimítte vniuérſa delícta mea.
Réſpice inimícos meos, quóniam multiplicáti ſunt: & ódio iníquo odérunt me.
Cuſtódi ánimam meam, & érue me: non erubéſcam quóniam ſperáui in te.
Innocéntes & recti adhæſérunt mihi: quia ſuſtínui te.
Líbera Deus Iſráel: ex ómnibus tribulatiónibus ſuis.

Pſalmus 25.

IVdica me Dómine, quóniam ego in innocéntia mea ingréſſus ſum: & in Dómino ſperans non infirmábor.
Proba me Dómine, & tenta me: vre renes meos, & cor meum.
Quóniã miſericórdia tua ante óculos meos eſt: & complácui in veritáte tua.

Non ſedi cùm conſílio vanitátis:& cùm iníqua geréntibus non introíbo.

Odíui Eccléſiam malignántium : & cùm ímpijs non ſedébo.

Lauábo inter innocéntes manus meas : & circúndabo altáre tuum Dómine.

Vt áudiam vocem laudis : & enárrem vniuérſa mirabília tua.

Dómine diléxi decórem domus tuæ : & locum habitatiónis glóriæ tuæ.


Ne perdas cùm ímpijs Deus ánimã meam : & cum viris ſánguinum vitam meam.

In quorum mánibus iniquitátes ſunt : déxtera eórum repléta eſt munéribus

Ego autem in innocéntia mea ingréſſus ſum : rédime me, & miſerére mei.

Pes meus ſtetit in diréƈto : in Eccléſiis benedícam te Dómine.

Glória Patri, & Fílio : & ſpirítui ſanƈto.



Añа. Oculi mei ſemper ad Dóminum.

℣. Memor

In primo Nocturno.

℣. Memor ſui nocte nóminis tui Dómine.
℟. Et cuſtodíui legem tuam.

Qui quidem verſus dicitur à Trinitate vſq; ad Aduentũ. Et ab octaua Epiphaniæ vſque ad primam Dominicam Quadrageſimæ.

Per Aduentum. ℣. Ex Sion ſpécies decóris eius. ℟. Deus noſter maniféſtè véniet.

In Quadrageſima. ℣. Dicet Dómino, ſuſcéptor meus es tu. Et refúgium meum, Deus meus, ſperábo in eum.

Tempore Paſsionis. ℣. Diuiſérunt ſibi veſtiménta mea. ℟. Et ſuper veſtem meam miſérunt ſortem.

Tempore Paſchali vſque ad Pentecoſten.

Aña.

Allelúia, allelúia, allelúia, allelúia, alle-

lúia, allelúia, allelúia, allelúia. j.

℣. Surréxit Dóminus de ſepúlchro.
℟. Qui pro nobis pepéndit in ligno, Allel.

Per Aſcenſionem. ℣. Exaltáre Dómine in virtúte tua. ℟. Cantábimus, & pſallémus virtútes tuas, Allelúia.

Diebus Dominicis, & feſtis ante lectionem Benedictio. Benedictióne perpétua benedícat nos Pater ætérnus.

In ſecundo Nocturno.



Aña. Dóminus. j. Pſalmus 26.

Tonus IV. DOminus illuminátio mea, & ſalus mea: quem timébo?

Dñs protéctor vitæ meæ: à quo trepidábo?

Dum appròpiant ſuper me nocéntes: vt edant carnes meas.

Qui tríbulant me inimíci mei: ipſi infirmáti ſunt, & cecidérunt.

Si conſíſtant aduérſum me caſtra: non timébit cor meum.

Si exúrgat aduérſum me prælium: in hoc ego ſperábo.

Vnam pétij à Dómino, hanc requíram: vt

inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ.

Vt vídeam voluptátem Dómini: & vísitem templum eius.

Quóniam abscóndit me in tabernáculo suo: in die malórum protéxit me in abscóndito tabernáculi sui.

In petra exaltáuit me: & nunc exaltáuit caput meum super inimícos meos.

Circuíui, & immoláui in tabernáculo eius hóstiam vociferatiónis: cantábo, & psalmum dicam Dómino.

Exáudi Dómine vocem meam, qua clamáui ad te: miserére mei, & exáudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisíuit te fácies mea: fáciem tuam Dómine requíram.

Ne auértas fáciem tuam à me: ne declínes in ira à seruo tuo.

Adiútor meus esto; ne derelínquas me, neque despícias me Deus Salutáris meus.

Quóniam pater meus & mater mea dereliquérũt me: Dóminus autem assúmpsit me.

Legē pone mihi Domine in via tua: & dírige me in sémita recta propter inimícos meos.

Ne tradíderis me in ánimas tribulántium me: quóniam insurrexérunt in me testes iníqui; & mentíta est iníquitas sibi.

Credo vidére bona Dñi: in terra viuéntium.

Expecta Dóminum, viríliter age: & confortétur cor tuum, & sústine Dóminum.

Psalmus 27.

AD te Dómine clamábo Deus meus, ne síleas à me; nequándo táceas à me: & assimilábor descendéntibus in lacum.

Exáudi Dómine vocem deprecatiónis meæ dum oro ad te: dum extóllo manus meas ad templum sanctum tuum.

Ne simul tradas me cum peccatóribus: & cum operántibus iniquitátē ne perdas me.

Qui loquúntur pacem cum próximo suo: mala autem in córdibus eórum.

Da illis secúndùm ópera eórum: & secúndùm nequítiam adinuentiónum ipsórum.

Secúndùm ópera mánuum eórum tríbue

illis:

illis : redde retributiónem eórum. ipsis

Quóniam non intellexérunt ópera Dómini : & in ópera mánuum eius : déſtrues illos & non ædificábis eos.

Benedíctus Dóminus : quóniam exaudíuit vocem deprecatiónis meæ.

Dóminus adiútor meus & protéctor meus: & in ipſo ſperáuit cor meum , & adiútus ſum.


Et reflóruit caro mea : & ex voluntáte mea confitébor ei.

Dóminus fortitúdo plebis ſuæ : & protéctor ſaluatiónum Chriſti ſui eſt.

Saluum fac pópulum tuum Dómine : & bénedic hæreditáti tuæ : & rege eos, & extólle illos vſque in ætérnum.

Aña.

Dóminus defénſor vitæ meæ.

Aña.

Adoráte.

In Adventu Aña. Missus est Gabriel Angelus ad Mariam Virginem desponsatam Joseph.

Psalmus 28.

AFférte Dómino fílij Dei: afférte Dómino fílios aríetum.

Afférte Dómino glóriam & honórem: afférte Dómino glóriam nómini eius: adoráte Dóminum in átrio sancto eius.

Vox Dómini super aquas: Deus maiestátis intónuit: Dóminus super aquas multas

Vox Dómini in virtúte: vox Dómini in magnificéntia.

Vox Dómini confringéntis cedros: & confrínget Dóminus cedros Líbani.

Et comminuet eas tanquã vítulũ Líbani: & diléctus quemádmodũ fílius vnicórnium.

Vox Dómini intercidéntis flammam ignis: vox Dómini cõcutiéntis desértum: & commouébit Dóminus desértum Cades.

Vox Dómini præparántis ceruos: & reuelábit condénsa: & in templo eius omnes dicent glóriam.

Dóminus dilúuium inhabitáre facit: & sedébit Dóminus Rex in ætérnnm.

Dóminus virtútem pópulo ſuo dabit: Dóminus benedícet pópulo ſuo in pace.

Pſalmus 29.

EXaltábo te Dómine, quóniam ſuſcepíſti me: nec delectáſti inimícos meos ſuper me.

Dómine Deus meus clamáui ad te: & ſanáſti me.

Dómine eduxíſti ab inférno ánimã meam: ſaluáſti me à deſcendéntibus in lacum.

Pſállite Dómino Sancti eius: & confitémini memóriæ ſanctitátis eius.

Quóniam ira in indignatióne eius: & vita in voluntáte eius.

Ad véſperum demorábitur fletus: & ad matutínum lætítia.

Ego autem dixi in abundántia mea: non mouébor in ætérnum.

Dómine in voluntáte tua: præſtitíſti decóri meo virtútem.

Auertíſti fáciem tuam à me: & factus ſum conturbátus.

Ad te Dómine clamábo: & ad Deũ meum deprecábor.

Quæ vtílitas in ſánguine meo:dum deſcéndo in corruptiónem?

Nunquid confitébitur tibi puluis: aut annuntiábit veritátem tuam?

Audíuit Dóminus, & miſértus eſt mei:Dóminus factus eſt adiútor meus.

Conuertíſti planctum meum in gáudium mihi: concidíſti ſaccum meum, & circundedíſti me lætítia.

Vt cantet tibi glória mea, & non compúngar: Dómine Deus meus in ætérnum confitébor tibi. In Adventu. Ana. Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum Verbum tuum.



Aña. Adoráte Dóminũ:in aula ſanctaeius.



Aña. In tua. Pſalmus 30.

IN te Dómine ſperáui, non confúndar in ætérnum: in iuſtítia tua líbera me.

Inclína

Inclína ad me aurẽ tuã: accélera, vt éruas me.
Eſto mihi in Deum protectórem, & in domum refúgij: vt ſaluum me fácias.
Quóniam fortitúdo mea, & refúgiũ meum es tu: & propter nomen tuum dedúces me, & enútries me.
Edúces me de láqueo, quem abſcondérunt mihi: quóniam tu es protéctor meus.
In manus tuas commendo ſpíritũ meum: redemíſti me Dómine Deus veritátis.
Odíſti obſeruántes veritátes: ſuperuácuè.
Ego autem in Dómino ſperáui: exultábo, & lætábor in miſericórdia tua.
Quóniam reſpexíſti humilitátem meam: ſaluáſti de neceſsitátibus ánimam meam.
Nec concluſíſti me in mánibus inimíci: ſtatuíſti in loco ſpatióſo pedes meos.
Miſerére mei Dómine, quóniam tríbulor: conturbátus eſt in ira óculus meus; ánima mea & venter meus.
Quóniam defécit in dolóre vita mea: & anni mei in gemítibus.

Infirmáta eſt in paupertáte virtus mea: & oſſa mea conturbáta ſunt.

Super omnes inimícos meos factus ſum oppróbrium vicínis meis valde: & timor notis meis.

Qui vidébant me foras, fugérunt à me: obliuióni datus ſum, tanquam mórtuus à corde.

Factus ſum tanquam vas pérditum: quóniam audíui vituperatiónem multórũ commorántium in circúitu.

In eo dum conuenírent ſimul aduérſum me: accípere ánimam meam conſiliáti ſunt.

Ego autẽ in te ſperáui Dómine: dixi, Deus meus es tu; in mánibus tuis ſortes meæ.

Eripe me de manu inimicórum meórum: & à perſequéntibus me.

Illúſtra fáciem tuam ſuper ſeruũ tuum, ſaluum me fac in miſericórdia tua: Dómine, non confúndar, quániam inuocáui te.

Erubéſcant ímpij, & deducántur in inférnum: muta fiant lábia dolóſa.

Quæ

Quæ loquúntur aduérſus iuſtum iniquitátem: in ſupérbia, & in abuſióne.

Quam magna multitúdo dulcédinis tuæ Dómine: quam abſcondíſti timéntibus te.

Perfecíſti eis, qui ſperant in te: in conſpéctu filiórum hóminum.

Abſcóndes eos in abſcóndito faciéi tuæ: à conturbatióne hóminum.

Próteges eos in tabernáculo tuo: à contradictióne linguárum.

Benedíctus Dóminus: quóniam mirificáuit miſericórdiam ſuam mihi in ciuitáte munita.

Ego autem dixi in excéſſu mentis meæ: proiéctus ſum à fácie oculórum tuórum.

Ideo exaudíſti vocem oratiónis meæ: dum clamárem ad te.

Dilígite Dóminum omnes Sancti eius: quóniam veritátem requíret Dóminus; & retríbuet abundánter faciéntibus ſupérbiam.

Viríliter ágite, & confortétur cor veſtrum: omnes, qui ſperátis in Dómino.

Pſalmus 31.

BEáti, quorum remíſſæ ſunt iniquitátes: & quorum tecta ſunt peccáta.

Beátus vir, cui non imputáuit Dóminus peccátum: nec eſt in ſpíritu eius dolus.

Quóniam tácui, inueterauérunt oſſa mea: dum clamárem tota die.

Quóniam die ac nocte grauáta eſt ſuper me manus tua: conuérſus ſum in ærúmna mea, dum confígitur ſpina.

Delíctum meum cógnitum tibi feci: & iniuſtítias meas non abſcóndi.

Dixi, confitébor aduérſum me iniuſtítiam meam Dómino: & tu remiſíſti impietátem peccáti mei.

Pro hac orábit ad te omnis ſanctus: in témpore opportúno.

Verúntamen in dilúuio aquárum multárum: ad eum non approximábunt.

Tu es refúgium meum à tribulatióne, quæ circúndedit me: exultátio mea érue me à circundántibus me.


Intelléctum tibi dabo, & ínstruam te in via hac, qua gradiéris: firmábo super te óculos meos.

Nolíte fíeri sicut equus & mulus: quibus non est intelléctus.

In chamo & fræno maxíllas eórum constringe: qui non appróximant ad te.

Multa flagélla peccatóris: sperántes autem in Dómino misericórdia circúndabit.

Lætámini in Dómino, & exultáte iusti: & gloriámini omnes recti corde.



Aña. In tua iustítia líbera me Dómine.

℣. Média nocte surgébam ad confiténdum tibi. Super iudícia iustificatiónis tuæ.

Qui ℣. dicitur à Trinitate vsque ad Aduentum. Et ab octa. Epiph. vsque ad Primam Dominicam Quadragesimæ.

In Aduentu ℣. Egrediétur Dóminus de loco sancto suo. Véniet vt saluet pópulum suum. In Adventu Aña. Beatam me dicent omnes gene„ „rationes, quia ancillam humilem respexit Deus.

In xl. ℣. Ipſe liberáuit me de láqueo venántium. Et à verbo áſpero.

Tempore Paſsionis. ℣. Inſurrexérunt in me teſtes iníqui. Et mentíta eſt iníquitas ſibi.

Tempore Paſchali vſq; ad Pente. incluſiue.



Aña. Allelú ia, allelúia, allelú ia, allelúia,



allelúia, allelúia, allelúia, allelúia.

℣. Surréxit Dóminus verè. Et appáruit Simóni, allelúia. Per Aſcenſionem, ℣. A ſummo cœlo egréſsio eius. Et occúrſus eius vſque ad ſummum eius, allelúia.

Dominicis diebus & feſtis ante lectionem. Benedictio. Benedícat nos Deus Pater: & cuſtódiat ſemper: Ad Cantica. Quære loco ſuo. Ad Laudes. Pſalm. Miſerére mei Deus. Pſalmus. Confitémini Dómino. Pſal. Deus, Deus meus. Canticum. Benedícite ómnia. Pſalmus. Laudáte Dóminum.



Aña. Alleluia, alleluia, alleluia, alleluia, alle-



luia, alleluia, alleluia.

Quæ dicitur à Trinitate vsque ad Primam Dominicam Quadrag. Sed toto tempore Paschali vsque ad Pentecost. inclusiuè.



Aña. Alleluia, alleluia, alleluia, alleluia, alle-




luia, alleluia, alleluia, alleluia.

Capitulum.

BEnedíctio, & cláritas, & sapiéntia, & gratiárum áctio, honor, & virtus, & fortitúdo Deo nostro: in sǽcula sæculórum, Amen.



℟. Hæc est dies, Quam fecit Dóminus.




℣. Exultémus, & lætémur in ea. Quam.

Hymnus. Splendor. ℣. Dóminus regnáuit, decórem índuit. Induit Dóminus fortitúdinem, & præcínxit ſe virtúte.

Antiphona ad Benedictus & Collecta de Dominica currente.

Feria ſecunda, Inuitatorium.




Vení te Exultémus Dómino.

Pſalm. Iubilémus Deo. Hymnus. Ætérne rerum cónditor.

Nota quod Inuitator. ferialia quæ hac feria & ſequentibus ſcribuntur, ſolùm dicuntur, à feſto omnium Sanctorum vſque ad Aduentum. Et ab octa. Epiph. vſque ad Dominicam in Paſsione.


Tempore Paſchali vſq; ad Pent. Inuitator.



Alleluia, alleluia, Alle lú ia.

A feſto Trinitatis vſque ad feſtum omnium Sanctorum diebus feriatis nullum dicitur inuitat. ſed loco Inuitatorij dicitur Pſalmus 94. ſcilicet. Veníte exultémus.

In primo Nocturno.



Aña. Rectos decet. Pſalm. 32.

EXultáte iuſti in Dómino : rectos decet collaudátio.

Confitémini Dómino in cíthara : in pſaltério decem chordárum pſállite illi.

Cantáte ei cánticum nouum : benè pſállite ei in vociferatióne.

Quia rectum eſt verbum Dómini : & ómnia ópera eius in fide.

Díligit miſericórdiam & iudícium : miſericórdia Dómini plena eſt terra.

Verbo Dómini cœli firmáti ſunt : & ſpíritu oris eius omnis virtus eórum.

Cóngregans ſicut in vtre aquas maris : ponens in theſaúris abýſſos.

Tímeat Dóminũ omnis terra: ab eo autem cõmoueántur omnes inhabitántes orbem.

Quóniam ipse dixit & facta sunt: ipse mandáuit, & creáta sunt.

Dóminus díssipat consília géntium: réprobat autem cogitatiónes populórum: & réprobat consília príncipum.

Consílium autem Dómini in ætérnum manet: cogitatiónes cordis eius in generatióne, & generatiónem.

Beáta gens, cuius est Dóminus Deus eius: pópulus, quem elégit in hæreditátem sibi.

De cœlo respéxit Dóminus: vidit omnes fílios hóminum.

De præparáto habitáculo suo: respéxit super omnes, qui hábitant terram.

Qui finxit sigillátim corda eórum: qui intélligit ómnia ópera eórum.

Nõ saluátur Rex per multã virtútẽ: & gigas non saluábitur in multitúdine virtútis suæ.

Fallax equus ad salútem: in abundántia autem virtútis suæ non saluábitur.

Ecce óculi Dómini ſuper metuéntes eum: & in eis, qui ſperant ſuper miſericórdia eius.

Vt éruat à morte ánimas eórum: & alat eos in fame.

Anima noſtra ſúſtinet Dóminum: quóniam adiútor & protéctor noſter eſt.

Quia in eo lætábitur cor noſtrum: & in nómine ſancto eius ſperáuimus.

Fiat miſericórdia tua Dómine ſuper nos: quemádmodum ſperáuimus in te.

Pſalmus 33.

BEnedícam Dóminum in omni témpore: ſemper laus eius in ore meo.

In Dómino laudábitur ánima mea: áudiant manſuéti, & lætén tur.

Magnificáte Dóminum mecum: & exaltémus nomen eius in idípſum.

Exquiſíui Dóminum, & exaudíuit me: & ex ómnibus tribulatiónibus meis erípuit me.

Accédite ad eum, & illumináminí: & fácies veſtræ non confundéntur.

Iſte pauper clamáuit, & Dóminus exaudí-

uit eum: & de ómnibus tribulatiónibus eius saluáuit eum.
Immíttit Angelus Dómini in circúitu timéntium eum : & erípiet eos.
Gustáte & vidéte quóniam suáuis est Dóminus : beátus vir, qui sperat in eo.
Timéte Dóminum omnes Sancti eius : quóniam non est inópia timéntibus eum.
Díuites eguérunt, & esuriérũt : inquiréntes autẽ Dóminum nõ minuéntur omni bono.
Veníte fílij, audíte me : timórem Dómini docébo vos.
Quis est homo, qui vult vitam : díligit dies vidére bonos?
Próhibe linguam tuam à malo : & lábia tua ne loquántur dolum.
Diuérte à malo, & fac bonum : inquíre pacem, & perséquere eam.
Oculi Dómini super iustos : & aures eius in preces eórum.
Vultus autem Dómini super faciéntes mala : vt perdat de terra memóriam eórum.
Clamauérunt

Clamauérunt iuſti & Dóminus exaudíuit eos: & ex ómnibus tribulatiónibus eórum liberáuit eos.


Iuxta eſt Dóminus his, qui tribuláto ſunt corde: & húmiles ſpíritu ſaluábit.

Multæ tribulatiónes iuſtórum: & de ómnibus his liberábit eos Dóminus.


Cuſtódit Dóminus ómnia oſſa eórum: vnum ex his non conterétur.

Mors peccatórum péſſima: & qui odérunt iuſtum, delínquent.

Rédimet Dóminus ánimas ſeruórum ſuórum: & non delínquent omnes, qui ſperant in eo.



Aña. Rectos decet collaudátio.



Aña. Expúgna. j. Pſalmus 34.

IVdica Dómine nocéntes me: expúga impugnántes me.

Apprehénde arma,& ſcutum: & exúrge in adiutórium mihi.

Effúnde frámeam , & conclúde aduérſus eos,qui perſequúntur me: dic ánimæ meæ, ſalus tua ego ſum.

Confundántur, & reuereántur: quærentes ánimam meam.

Auertántur retrórſum , & confundántur: cogitántes mihi mala.

Fiant tanquam puluis ante fáciem venti: & Angelus Dómini coárctans eos.

Fiat via illórum ténebræ, & lúbricum: & Angelus Dómini pérſequens eos.

Quóniam gratis abſcondérunt mihi intéritum láquei ſui: ſuperuácuè exprobrauérunt ánimam meam.

Véniat illi láqueus , quem ignórat: & cáptio, quam abſcóndit, apprehéndat eum: & in láqueum cadat in ipſum.

Anima autem mea exultábit in Dómino: & delectábitur ſuper ſalutári ſuo.

Omnia oſſa mea dicēt: Dn̄e, qui ſímilis tui?

Erípiens ínopem de manu fortiórum eius: egénum, & páuperem à diripiéntibus eum.

Surgéntes teſtes iníqui: quæ ignorábam, interrogábant me.

Retribuébant mihi mala pro bonis: ſterilitátem ánimæ meæ.

Ego autem, cùm mihi moléſti eſſent: induébar cilício.

Humiliábam in ieiúnio ánimam meam: & orátio mea in ſinu meo conuertétur.

Quaſi próximum, quaſi fratrem noſtrum ſic complacébam: quaſi lugens & contriſtátus ſic humiliábar.

Et aduérſum me lætáti ſunt & conuenérunt: congregáta ſunt ſuper me flagélla & ignorául.

Diſsipáti ſunt, nec compúncti, tentauérunt me, ſubſannauérunt me ſubſannatióne: frenduérunt ſuper me déntibus ſuis.

Dómine quando reſpícies: reſtítue ánimam meam à malignitáte eórum; à leónibus vnicam meam.

Confitébor tibi in Eccléſia magna: in pópulo graui laudábo te.

Non ſupergáudeant mihi, qui aduerſántur mihi iníquè: qui odérunt me gratis, & ánnuunt óculis.

Quóniam mihi quidem pacíficè loquebántur: & in iracúndia terræ loquéntes, dolos cogitábant.

Et dilatauérunt ſuper me os ſuum: & dixérunt, éuge, éuge, vidérunt óculi noſtri.

Vidíſti Dómine ne ſíleas: Dómine ne diſcédas à me.

Exúrge, & inténde iudício meo: Deus meus, & Dóminus meus in cauſam meam.

Iúdica me ſecúndum iuſtítiam tuam Dómine Deus meus: & non ſupergáudeant mihi.


Non dicant in córdibus ſuis, éuge, éuge, ánimæ noſtræ: nec dicant, deuorábimus eum.

Erubéſcant, & reuereántur ſimul: qui gratulántur malis meis.

Induántur confuſióne & reueréntia : qui malígna loquúntur ſuper me.

Exúltent, & lætétur, qui volunt iuſtítiam meam : & dicant ſemper, magnificétur Dóminus qui volunt pacem ſerui eius.

Et língua mea meditábitur iuſtítiam tuam: tota die laudem tuam.



Aña. Expúgna impugnántes me.



Aña. Reuéla. vj. Pſalmus 35.

Ad Laudes

DIxit iniúſtus, vt delínquat in ſemetípſo: nõ eſt timor Dei ante óculos eius.

Quóniam doloſè egit in conſpéctu eius : vt inueniátur iníquitas eius ad ódium.

Verba oris eius iníquitas & dolus : nóluit intellígere, vt bene ágeret.

Iniquitátem meditátus eſt in cubíli ſuo : áſtitit omni viæ non bonæ : malítiam autem non odíuit.

Dómine in cœlo misericórdia tua: & véritas tua vsque ad nubes.

Iustítia tua sicut montes Dei: iudícia tua abýssus multa.

Hómines & iuménta saluábis Dómine: quemádmodum multiplicásti misericórdiam tuam Deus.

Fílij autem hóminum: in tégmine alárum tuárum sperábunt.

Inebriabúntur ab vbertáte domus tuæ: & torrénte voluptátis tuæ potábis eos.

Quóniam apud te est fons vitæ: & in lúmine tuo vidébimus lumen.

Prætende misericórdiam tuam sciéntibus te: & iustítiã tuam his, qui recto sunt corde.

Non véniat mihi pes supérbiæ: & manus peccatóris non móueat me.

Ibi cecidérunt, qui operántur iniquitátem: expúlsi sunt, nec potuérunt stare.

Psalmus 36.

NOli æmulári in malignántibus: neque zeláueris faciéntes iniquitátem.

Quóniam

Quóniã tanquã fœnũ velóciter aréſcent: & quemádmodũ ólera herbárũ cito décident.

Spera in Dómino, & fac bonitátem: & inhábita terram, & paſcéris in diuítiis eius.

Delectáre in Dómino: & dabit tibi petitiónes cordis tui.

Reuéla Dómino viam tuam, & ſpera in eo: & ipſe fáciet.

Et edúcet quaſi lumen iuſtítiam tuam: & iudícium tuum tanquam merídiem: ſúbditus eſto Dómino, & ora eum.

Noli æmulári in eo, qui proſperátur in via ſua: in hómine faciénte iniuſtítias.

Déſine ab ira, & derelínque furórem: noli æmulári vt malignéris.

Quóniam, qui malignántur, exterminabúntur: ſuſtinéntes autem Dóminum, ipſi hæreditábunt terram.

Et adhuc puſíllum, & non erit peccátor: & quæres locum eius, & non inuénies.

Manſuéti autem hæreditábunt terram: & delectabúntur in multitúdine pacis.

Obſeruábit peccátor iuſtum: & ſtridébit ſuper eum déntibus ſuis.

Dóminus autem irridébit eum: quóniam próſpicit quòd véniet dies eius.

Gládium euaginauérunt peccatóres: intendérunt arcum ſuum.

Vt deiíciant páuperem & ínopem: vt trucídent rectos corde.

Gládius eórum intret in corda ipſórum: & arcus eórum confringátur.

Mélius eſt módicum iuſto: ſuper diuítias peccatórum multas.

Quóniam bráchia peccatórũ conteréntur: confírmat autem iuſtos Dóminus.

Nouit Dóminus dies immaculatórum: & hæréditas eórum in ætérnum erit.

Non confundéntur in témpore malo: & in diébus famis ſaturabúntur: quia peccatóres períbunt.

Inimíci verò Dómini mox vt honorificáti fúerint, & exaltáti: deficiéntes, quemádmodum fumus, defícient.

Mutuábitur peccátor, & non ſoluet: iuſtus autem miſerétur & tríbuet.

Quia benedicéntes ei hæreditábunt terram: maledicéntes autem ei diſperíbunt.

Apud Dóminum greſſus hóminis dirigéntur: & viam eius volet.

Cùm cecíderit non collidétur: quia Dóminus ſuppónit manum ſuam.

Iúnior fui, étenim ſénui: & non vidi iuſtum derelíctum: nec ſemen eius quærẽs panem.

Tota die miſerétur, & cómmodat: & ſemen illíus in benedictióne erit. Diuiſio.

DEclína à malo, & fac bonum: & inhábita in ſæculum ſæculi.

Quia Dóminus amat iudíciũ, & non derelínquet Sãctos ſuos: in ætérnũ conſeruabúntur.

Iniúſti puniéntur: & ſemẽ impiórũ períbit.

Iuſti autem hæreditábunt terram: & inhabitábunt in ſæculum ſæculi ſuper eam.

Os iuſti meditábitur ſapiéntiam: & lingua eius loquétur iudícium.

Lex Dei eius in corde ipsíus: & non ſup-

plantabúntur gressus eius.

Consíderat peccátor iustum: & quærit mortificáre eum.

Dóminus autem non derelínquet eum in mánibus eius: nec damnábit eum, cum iudicábitur illi.

Expécta Dóminum, & custódi viam eius: & exaltábit te, vt hæreditáte cápias terram: cum períerint peccatóres, vidébis.

Vidi ímpium superexaltátum: & eleuátum sicut cedros Líbani.

Et transíui, & ecce non erat: quæsíui eum, & non est inuéntus locus eius.

Custódi innocéntiam, & vide æquitátem: quóniam sunt relíquiæ hómini pacífico.


Iniústi autem dispeníbunt simul: relíquiæ impiórum interíbunt.

Salus autem iustórum à Dómino: & protéctor eórum in témpore tribulatiónis.

Et adiuuábit eos Dóminus, & liberábit eos: & éruet eos à peccatóribus, & saluábit eos: quia sperauérunt in eo.



Aña. Reuéla Dómino viam tuam.



Aña. Ne in ira tua. v. Pſalmus 37.

DOmine ne in furóre tuo árguas me: neque in ira tua corrípias me.

Quóniam ſagíttæ tuæ infíxæ ſunt mihi: & confirmáſti ſuper me manum tuam.

Non eſt ſánitas in carne mea à faciæ iræ tuæ: non eſt pax óſsibus meis à fácie peccatórum meórum.

Quóniam iniquitátes meæ ſupergréſſæ ſunt caput meum: & ſicut onus graue, grauátæ ſunt ſuper me.

Putruérũt, & corrúptæ ſunt cicatrices meæ: à fácie inſipiéntiæ meæ.

Miſer factus ſum & curuátus ſum vſque in finem: tota die contriſtátus ingrediébar.

Quóniam lumbi mei impléti ſunt illuſiónibus: & non eſt ſánitas in carne mea.

Afflíctus ſum, & humiliátus ſum nimis:

rugiébam à gémitu cordis mei.
Dómine ante te omne desidérium meum: & gémitus meus à te non est abscónditus.
Cor meum conturbátum est, derelíquit me virtus mea: & lumen oculórum meórum, & ipsum non est mecum.
Amíci mei, & próximi mei: aduérsum me appropinquauérunt, & stetérunt.
Et qui iuxta me erãt, de longè stetérunt: & vim faciébant, qui quærébãt ánimã meam.
Et qui inquirébant mala mihi, locúti sunt vanitátes: & dolos tota die meditabántur.
Ego autem tanquam surdus nõ audiébam: & sicut mutus non apériens os suum.
Et factus sum sicut homo non áudiens: & non habens in ore suo redargutiónes.
Quóniam in te, Dómine, speráui: tu exáudies me Dómine Deus meus.
Quia dixi, nequándo supergáudeant mihi inimíci mei: & dum commouéntur pedes mei, super me magna locúti sunt.
Quóniam ego in flagélla parátus sum: &

dolor meus in conſpéctu meo ſemper.


Quóniam iniquitátem meam annunciábo: & cogitábo pro peccáto meo.

Inimíci autem mei viuunt, & confirmáti ſunt ſuper me:& multiplicáti ſunt, qui odérunt me iníquè.

Qui retríbuunt mala pro bonis, detrahébant mihi: quóniam ſequébar bonitátem.

Ne derelínquas me Dómine Deus meus: ne diſcéſſeris à me.

Inténde in adiutórium meum: Dómine Deus ſalútis meæ.




Aña. Ne in ira tua árguas me Dómine.

℣. Delectáre in Dómino: Et dabit tibi petitiónes cordis tui. Benedictio. Deus miſereátur noſtri:& benedícat nobis.

Feria ſecunda poſt Trinitatem vſque ad feſtum omniũ Sanctorum. Lectio. Thre.2.

COnſúrge in nocte in princípio vigiliárum tuárũ,& effúnde, ſicut aquam, cor

tuū ante conspéctū Dómini Dei tui. Leua ad eū manus tuas: & miserébitur tibi. Tu autē.



℟. Benedícam Dóminū. In omni témpore.



℣. Semper laus eius in ore meo. In.

In secundo Nocturno.

Aña.  In Quadragesima.

Allelúia. j.

Aña. 

Vt non delínquam. j. Psalmus 38.

DIxi, custódiam vias meas: vt non delínquam in lingua mea.

Pósui ori meo custódiam: cùm consísteret peccátor aduérsum me.

Obmútui, & humiliátus sum, & sílui à bonis: & dolor meus renouátus est.

Concáluit cor meum intra me: & in meditatióne mea exardéscet ignis.

Locútus

Locútus ſum in lingua mea: notum fac mihi Dómine finem meum.

Et númerum diérum meórum quis eſt: vt ſciam quid deſit mihi.

Ecce menſurábiles poſuíſti dies meos: & ſubſtántia mea, tanquam níhilum ante te.

Verúntamen vniuérſa vánitas: omnis homo viuens.

Verúntamen in imágine pertránſit homo: ſed & fruſtrà conturbátur.

Theſaurízat, & ignórat cui congregábit ea.

Et nunc quæ eſt expectátio mea, nonne Dóminus: & ſubſtántia mea apud te eſt?

Ab ómnibus iniquitátibus meis érue me: oppróbrium inſipiénti dedíſti me.

Obmútui, & non apérui os meum, quóniam tu fecíſti; ámoue à me plagas tuas.

A fortitúdine manus tuæ ego deféci in increpatiónibus: propter iniquitátem corripuíſti hóminem.

Et tabéſcere fecíſti ſicut aráneā ánimā eius: verúntamē vanè conturbátur omnis homo.

Exáudi oratiónem meam Dómine, & deprecatiónem meam: áuribus pércipe lácrymas meas.

Ne ſíleas quóniam áduena ego ſum apud te, & peregrínus: ſicut omnes patres mei.

Remítte mihi, vt refrígerer priúſquã ábeam: & ámplius non ero. Pſalmus 39.

Tonus ij

EXpéctans expectáui Dóminum: & inténdit mihi.

Et exaudíuit preces meas: & edúxit me de lacu miſériæ, & de luto fæcis.

Et ſtátuit ſupra petram pedes meos: & diréxit greſſus meos.

Et immíſit in os meum cánticum nouum: carmen Deo noſtro.

Vidébunt multi, & timébunt: & ſperábunt in Dómino.

Beátus vir, cuius eſt nomẽ Dómini ſpes eius: & non reſpéxit in vanitátes, & inſánias falſas.

Multa feciſti tu Dómine Deus meus mirabília tua: & cogitatiónibus tuis non eſt, qui ſímilis ſit tibi.

Annuntiáui

Annuntiáui & locútus ſum : multiplicáti ſunt ſuper númerum.

Sacrifícium, & oblatiónem noluíſti : aures autem perfecíſti mihi.

Holocáuſtum & pro peccáto non poſtuláſti : tunc dixi, ecce vénio.

In cápite libri ſcriptum eſt de me, vt fácerem voluntátem tuam; Deus meus vólui, & legem tuam in médio cordis mei.

Annuntiáui iuſtítiam tuam in Eccléſia magna : ecce lábia mea non prohibébo, Dómine tu ſciſti.

Iuſtítiam tuam non abſcóndi in corde meo: veritátem tuam, & Salutáre tuum dixi.

Non abſcóndi miſericórdiam tuam, & veritátem tuam : à conſílio multo.

Tu autem Dómine ne longè fácias miſeratiónes tuas à me: miſericórdia tua, & véritas tua ſemper ſuſcepérunt me.

Quóniam circundedérunt me mala, quorum non eſt númerus : comprehendérunt me iniquitátes meæ; & nõ potui vt vidérem.

Multiplicátæ ſunt ſuper capíllos cápitis mei: & cor meum derelíquit me.

Compláceat tibi Dómine, vt éruas me: Dómine ad adiuuándum me réſpice.

Confundántur, & reuereántur ſimul, qui quærunt ánimam meam; vt áuferant eam.

Conuertántur retrórſum, & reuereántur: qui volunt mihi mala.

Ferant confeſtim confuſiónem ſuam: qui dicunt mihi, éuge, éuge.

Exúltent & lætén tur ſuper te omnes quæréntes te: & dicant ſemper, magnificétur Dóminus, qui díligunt Salutáre tuum.

Ego autem mendícus ſum, & pauper: Dóminus ſollícitus eſt mei.

Adiútor meus, & protéctor meus es tu: Deus meus ne tardáueris.

In Quadrageſima.



Añа. Vt non delínquam in lingua mea.

Antiphona.

Aña. 

Sana Dómine. ij. Pſalmus 40.

BEátus, qui intélligit ſuper egénum, & páuperem: in die mala liberábit eum Dóminus.

Dóminus conſéruet eum, & viuíficet eum: & beátum fáciat eum in terra: & non tradat eum in ánimam inimicórum eius.

Dóminus opem ferat illi ſuper lectum dolóris eius: vniuérſum ſtratum eius verſáſti in infirmitáte eius.

Ego dixi, Dómine miſerére mei: ſana ánimam meam, quia peccáui tibi.

Inimíci mei dixérunt mala mihi: quando moriétur, & períbit nomen eius?

Et ſi ingrediebátur, vt vidéret, vana loquebátur: cor eius congregáuit iniquitátem ſibi.

Egrediebátur foras: & loquebátur in idípsũ.

Aduérſum me ſuſurrábant omnes inimíci mei: aduérſum me cogitábant mala mihi.

Verbũ iníquũ conſtituérũt aduérſum me:

nunquid qui dormit, nō adiíciet, vt resúrgat?

Etenim homo pacis meæ in quo sperávi; qui edébat panes meos, magnificávit super me supplantatiónem.

Tu autem Dómine miserére mei, & resúscita me: & retríbuam eis.

In hoc cognóui quóniam voluísti me: quóniā non gaudébit inimícus meus super me.

Me autem propter innocéntiam suscepísti: & cōfirmásti me in cōspéctu tuo in ætérnū.

Benedíctus Dóminus Deus Israël à sǽculo & vsque in sǽculum: fiat, fiat. Psalmus 41.

QVemádmodum desíderat ceruus ad fontes aquárum: ita desíderat ánima mea ad te, Deus.

Sitíuit ánima mea ad Deū fontē viuū: quando véniam, & apparébo ante fáciem Dei.

Fuérūt mihi lácrimæ meæ panes die ac nocte: dū dícitur mihi quotídie, vbi est Deꝰ tuꝰ?

Hæc recordátus sum, & effúdi in me ánimam meam: quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis vsque ad domū Dei.

In voce exultatiónis, & confeſsiónis: ſonus epulántis.

Quare triſtis es ánima mea: & quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: Salutáre vultus mei, & Deus meus.

Ad meípſum ánima mea conturbáta eſt: proptérea memor ero tui de terra Iordánis, & Hermónij, à monte módico.

Abýſſus abýſſum ínuocat: in voce catharactárum tuárum.

Omnia excélſa tua, & fluctus tui: ſuper me tranſiérunt.

In die mandáuit Dóminus miſericórdiam ſuam: & nocte cánticum eius.

Apud me orátio Deo vitæ meæ: dicam Deo, ſuſcéptor meus es.

Quare oblítus es mei: & quare contriſtátus incédo, dum áffligit me inimícus.


Dum confringúntur oſſa mea; exprobrauérunt mihi ✠ qui tríbulant me, inimíci mei.

Dum dicunt mihi per ſíngulos dies, vbi eſt

Deus tuus : quare triſtis es ánima mea ,& quare contúrbas me?

Spera in Deo quóniam adhuc confitébor illi : Salutáre vultus mei , & Deus meus.

In Quadrageſima.



Aña. Sana Dómine ánimam meam,quia



peccáui tibi.



Aña. Eructáuit. vj. Pſalmus 42.

IVdica me Deus , diſcérne cauſam meam de gente non ſancta : ab hómine iníquo,& dolóſo érue me.

Quia tu es Deus fortitúdo mea : quare me repulíſti; & quare triſtis incédo , dum áffligit me inimícus?

Emítte lucem tuam,& veritátem tuam: ipſa me deduxérunt , adduxérunt in montem ſanctum tuum ; & in tabernácula tua.

Et

Et introíbo ad altáre Dei:ad Deum, qui lætíficat iuuentútem meam.

Confitébor tibi in cítharaDeus,Deus meus: quare triſtis es ánima mea, & quare contúrbas me.

Spera in Deo,quóniã adhuc confitébor illi: Salutáre vultus mei,&Deus meus. Pſal.43.

DEus áuribus noſtris audíuimus:patres noſtri annuntiauérunt nobis.

Opus, quod operátus es in diébus eórum: & in diébus antíquis.

Manus tua gentes diſpérdidit & plantáſti eos: afflixíſti pópulos, & expulíſti eos.

Nec enim in gládio ſuo poſſedérũt terram: & bráchium eórum non ſaluáuit eos.

Sed déxtera tua, & bráchium tuum, & illuminátio vultus tui: quóniã cõplacuíſti in eis.

Tu es ipſe Rex meus, & Deus meus: qui mandas ſalútes Iacob.

In te inimícos noſtros vẽtilábimus cornu:& in nómine tuo ſpernémꝰ inſurgẽtes in nobis.

Non enim in arcu meo ſperábo: & gládius

meus non saluábit me.

Saluásti enim nos de affligéntibus nos: & odiéntes nos confudísti.

In Deo laudábimur tota die: & in nómine tuo confitébimur in sǽculum.

Nunc autem repulísti, & confudísti nos: & non egrediéris Deus in virtútibus nostris.

Auertísti nos retrórsum post inimícos nostros: & qui odérunt nos, diripiébant sibi.

Dedísti nos tanquam oues escárum: & in géntibus dispersísti nos.

Vendidísti pópulum tuũ sine prétio: & non fuit multitúdo in commutatiónibus eórũ.

Posuísti nos oppróbrium vicínis nostris: subsannatiónem & derísum iis, qui sunt in circúitu nostro.

Posuísti nos in similitúdinem géntibus: commotiónem cápitis in pópulis.

Tota die verecúndia mea contra me est: & confúsio faciéi meæ coopéruit me.

A voce exprobrántis, & obloquéntis: à fácie inimíci, & persequéntis.

Hæc ómnia venérũt ſuper nos, nec oblíti ſumus te: & iníquè nõ égimꝰ in teſtamẽto tuo.

Et non recéſsit retrò cor noſtrum: & declináſti ſémitas noſtras à via tua.

Quóniam humiliáſti nos in loco afflictiónis: & coopéruit nos vmbra mortis.

Si oblíti ſumus nomen Dei noſtri: & ſi expándimus manus noſtras ad Deũ aliénum.

Nonne Deus requíret iſta? ipſe enim nouit abſcóndita cordis.

Quóniam propter te mortificámur tota die: æſtimáti ſumus, ſicut oues occiſiónis.

Exúrge, quare obdórmis Dómine: exúrge, & ne repéllas in finem.

Quare fáciem tuam auértis: obliuíſceris inópiæ noſtræ, & tribulatiónis noſtræ.

Quóniã humiliáta eſt in púluere ánima noſtra: conglutinátus eſt in terra venter noſter.

Exúrge Dómine, ádiuua nos: & líbera nos propter nomen tuum.

Pſalmus 44.

ERuctáuit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi.

Lingua mea calámus ſcribæ: volóciter ſcribéntis.

Speciósus forma præ fíliis hóminum: diffúſa eſt grátia in lábiis tuis: proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Accíngere gládio tuo ſuper femur tuum: potentíſsime.

Spécie tua, & pulchritúdine tua: inténde, próſperè procéde, & regna.

Propter veritátem, & manſuetúdinem, & iuſtítiã: & dedúcet te mirabíliter dextéra tua.

Sagíttæ tuæ acútæ (pópuli ſub te cadent): in corda inimicórum Regis.

Sedes tua Deus in ſæculum ſæculi: virga diréctiónis, virga regni tui.

Dilexíſti iuſtítiam, & odíſti iniquitátem: proptérea vnxit te Deus, Deus tuus óleo lætítiæ præ conſórtibus tuis.

Myrrha, & gutta, & cáſsia à veſtiméntis tuis à dómibus ebúrneis: ex quibus delectauérunt te fíliæ regum in honóre tuo.

Aſtitit regína à dextris tuis in veſtítu deau-

ráto : circúndata varietáte.

Audi fília,& vide,& inclína aurẽ tuã:& obliuíſcere pópulum tuum, & domũ patris tui.

Et concupíſcet Rex decórẽ tuum: quóniam ipſe eſt Dóminus Deus tuus, & adorábũt eũ.

Et fíliæ Tyri in munéribus : vultum tuum deprecabúntur omnes díuites plebis.

Omnis glória eius fíliæ Regis ab intus: in fímbriis áureis, circumamícta varietátibus.

Adducéntur Regi vírgines poſt eam : próximæ eius afferéntur tibi.

Afferéntur in lætítia & exultatióne : adducéntur in templum Regis.

Pro pátribus tuis nati ſunt tibi fílij : conſtítues eos príncipes ſuper omnem terram.

Memores erunt nóminis tui : in omni generatióne, & generatiónem.

Proptérea pópuli confitebúntur tibi in ætérnum : & in ſæculum ſæculi.




Aña. Allelúia, allelúia, allelúia.

Capitulum.

VIgiláte, ſtate in fide; viríliter ágite, & confortámini: ómnia veſtra in charitáte fiant. ℣. Ego dixi, Dómine miſerére mei. Sana ánimam meam, quia peccáui tibi. Kýrie eléiſon. Chriſte eléiſon. Kýrie eléiſon. Pater noſter. Et ne nos. Dóminus vobíſcum. vel Dómine exáudi. Collecta.

SAlua nos omnípotẽs Deus: & lucẽ nobis cõcéde perpétuã. Per. In Quadrageſima.

Aña.



Eructáuit cor meum verbũ bonum.

Capitulum, ℣. & Colle. Quære. poſt Pſalterium in officio Quadrageſimæ.

In Laudibus. Pſalm. Miſerére. Pſalm. Verba mea. Pſalmus. Dixit iniúſtus.

Canticum. Confitébor. Pſalmus. Laudáte Dóminum de cœlis.

Aña.



Miſerére mei Deus. vj.

In ſecundo Nocturno.

Capitulum.

NOx præcéſsit: dies autem appropinquáuit: abiiciámus ergo ópera tenebrárum: & induámur arma lucis: ſicut in die honéſtè ambulémus.



Reſp. Dómine in cœlo, Miſericórdia tua.



Verſ. Et véritas tua vſque ad nubes. Miſe-



ricórdia tua.

Hymnus. Splendor. ℣. In matutínis Dñe meditábor in te. Quia fuíſti adiútor meus.

Ad Benedictus, Antiphona.




Eréxit Dóminus nobis cornu ſalútis in



domo Dauid púeri ſui.

Collecta de Dominica currente.


Feria tertia. Inuitatorium.



Iubilémus Deo, Sa lutá ri noſtro.

Pſalmus. Veníte. Hymnus. Ætérne rerum.

In primo Nocturno.



Aña. Adiútor. Pſalmus 45.

DEus noſter refúgium, & virtus: adiútor in tribulatiónibus, quæ inuenérunt nos nimis.

Proptérea non timébimus, dum turbábitur terra: & transferéntur montes in cor maris.

Sonuérunt, & turbátæ ſunt aquæ eórum: conturbáti ſunt montes in fortitúdine eius.

Flúminis ímpetus lætíficat ciuitátem Dei: ſanctificáuit tabernáculũ ſuum Altíſsimus.

Deus in médio eius non commouébitur: adiuuábit eam Deus manè dilúculo.

Conturbátæ ſunt gentes, & inclináta ſunt regna: dedit vocem ſuam, & mota eſt terra.

Dóminus virtútum nobíſcum : ſuſcéptor noſter Deus Iacob.

Veníte, & vidéte ópera Dómini: quæ póſuit prodígia ſuper terram: aúferens bella vſque ad finem terræ.

Arcum cónteret, & confrínget arma: & ſcuta combúret igni.

Vacáte, & vidéte quóniam ego ſum Deus: exaltábor in géntibus, & exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobíſcum : ſuſcéptor noſter Deus Iacob.

Pſalmus 46.

OMnes gentes plaúdite mánibus: iubiláte Deo in voce exultatiónis.

Quóniam Dóminus excélſus, terríbilis: Rex magnus ſuper omnem terram.

Subiécit pópulos nobis: & gentes ſub pédibus noſtris.

Elégit nobis hæreditátem ſuam: ſpéciem Iacob, quem diléxit.

Aſcéndit Deus in iúbilo: & Dóminus in voce tubæ.

Pſállite Deo noſtro, pſállite: pſállite Regi

noſtro, pſállite.

Quóniam Rex omnis terræ Deus: pſállite ſapiénter.

Regnábit Deus ſuper gentes: Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam.

Príncipes populórum congregáti ſunt cum Deo Abráham: quóniam Dij fortes terræ veheménter eleuáti ſunt.



Aña. Adiútor in tribulatiónibus.



Aña. Auríbus.

Pſalmus 47.

MAgnus Dóminus, & laudábilis nimis: in ciuitáte Dei noſtri, in monte ſancto eius.

Fundátur exultatióne vniuérſæ terræ mons Sion: látera Aquilónis cíuitas Regis magni.

Deus in dómibus eius cognoſcétur: cùm ſuſcípiet eam.

Quóniam ecce Reges congregáti sunt: conuenérunt in vnum.

Ipsi vidéntes sic admiráti sunt, conturbáti sũt, & cõmóti sunt: tremor apprehéndit eos.

Ibi dolóres vt parturiéntis: in spíritu vehem énti cónteres naues Tharsis.

Sicut audíuimus, sic vídimus in ciuitáte Dómini virtútum, in ciuitáte Dei nostri: Deus fundáuit eam in ætérnum.

Suscépimus Deus misericórdiam tuam: in médio templi tui.

Secúndùm nomẽ tuum Deus, sic & laus tua in fines terræ: iustítia plena est déxtera tua.

Lætétur mons Sion, & exúltent fíliæ Iudæ: propter iudícia tua Dómine.

Circundáte Sion, & complectímini eam: narráte in túrribus eius.

Pónite corda vestra in virtúte eius: & distribúite domos eius, vt enarrétis in progénie áltera.

Quóniam hic est Deus, Deus noster in ætérnum, & in sǽculum sǽculi: ipse reget nos in

ſæcula.

Pſalmus 48.

AVdíte hæc omnes gentes: áuribus percípite omnes, qui habitátis orbem.
Quique terrígenæ, & filij hóminum: ſimul in vnum diues, & pauper.
Os meum loquétur ſapiéntiam: & meditátio cordis mei prudéntiam.
Inclinábo in parábolam aurem meam: apériam in pſaltério propoſitiónem meam.
Cur timébo in die mala: iníquitas calcánei mei circúndabit me.
Qui confídunt in virtúte ſua: & in multitúdine diuitiárum ſuárum gloriántur.
Frater non rédimit, rédimet homo: non dabit Deo placatiónem ſuam.
Et prétium redemptiónis ánimæ ſuæ: & laborábit in ætérnũ, & viuet adhuc in finem.
Non vidébit intéritum, cùm víderit ſapiéntes moriéntes: ſimul inſípiens, & ſtultus peribunt.
Et relínquent aliénis diuítias ſuas: & ſepúlchra eórum domus illórum in ætérnum.

Tabernácula eórum in progénie, & progénie: vocauérunt nómina ſua in terris ſuis.

Homo cùm in honóre eſſet, non intelléxit: comparátus eſt iuméntis inſipiéntibus; & ſímilis factus eſt illis.

Hæc via illórum ſcándalum ipſis: & póſtea in ore ſuo complacébunt.

Sicut oues in inférno póſiti ſunt: mors depáſcet eos.

Et dominabúntur eórum iuſti in matutíno: & auxílium eórum veteráſcet in inférno à glória eórum.

Verúntamen Deus rédimet ánimam meam de manu ínferi: cùm accéperit me.


Ne timúeris, cùm diues factus fúerit homo: & cũ multiplicáta fúerit glória domus eius.

Quóniam cum interíerit, non ſumet ómnia: neque deſcéndet cum eo glória eius.


Quia ánima eius in vita ipſíus benedicétur: confitébitur tibi, cum benefféceris ei.

Introíbit vſque in progénies patrum ſuórum: & vſque in ætérnũ non vidébit lumen.

Homo cum in honóre eſſet, non intelléxit: comparátus eſt iuméntis inſipiéntibus, & ſímilis factus eſt illis.



Aña. Aúribus percípite, qui habitá tis orbē.



Aña. Deus deórum. Pſalmus 49.

DEus deórum Dóminus locútus eſt: & vocáuit terram.

A Solis ortu vſque ad occáſum: ex Sion ſpécies decóris eius.

Deus maniféſtè véniet: Deus noſter, & non ſilébit.

Ignis in conſpéctu eius exardéſcet: & in circúitu eius tempéſtas válida.

Aduocáuit cœlum deſúrſum: & terram diſcérnere pópulum ſuum.

Congregáte illi Sanctos eius: qui órdinant teſtaméntum eius ſuper ſacrifícia.

Et annuntiábunt cœli iuſtítiam eius: quó-

niam

niam Deus iudex est.

Audi pópulus meus, & loquar: Isráel: & testificábor tibi: Deus, Deus tuus ego sum.

Non in sacrifíciis tuis árguã te: holocaústa autem tua in conspéctu meo sunt semper.

Non accípiam de domo tua vítulos: neque de grégibus tuis hyrcos.

Quóniam meæ sunt omnes feræ sylvárum: iuménta in móntibus, & boues.

Cognóui ómnia volatília cœli: & pulchritúdo agri mecum est.

Si esuríero, non dicam tibi: meus est enim orbis terræ, & plenitúdo eius.

Nunquid manducábo carnes taurórum: aut sánguine hyrcórum potábo?

Immola Deo sacrifícium laudis: & redde Altíssimo vota tua.

Et ínuoca me in die tribulatiónis: éruam te & honorificábis me.

Peccatóri autem dixit Deus: quare tu enárras iustítias meas, & assúmis testaméntum meum per os tuum?

Tu verò odísti disciplínam : & proiecísti sermónes meos retrórsum.

Si vidébas furem, currébas cum eo: & cum adúlteris portiónem tuam ponébas.

Os tuum abundáuit malítia: & lingua tua concinnábat dolos.

Sedens aduérsus fratrem tuum loquebáris: & aduérsus fílium matris tuæ ponébas scándalum: hæc fecísti, & tácui.

Existimásti iníquè, quòd ero tui símilis: árguam te, & státuam contra fáciem tuam.

Intellígite hæc, qui obliuiscímini Deum: nequándo rápiat, & non sit qui erípiat.

Sacrifícium laudis honorificábit me: & illic iter, quo osténdam illi Salutáre Dei.

Psalmus 50.

MIserére mei Deus : secúndùm magnam misericórdiam tuam.

Et secúndùm multitúdinem miseratiónum tuárum: dele iniquitátem meam.

Amplius laua me ab iniquitáte mea: & à peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognósco: & peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccáui, & malum coram te feci: vt iustificéris in sermónibus tuis, & vincas cum iudicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum: & in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti: incérta, & occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, & mundábor: lauábis me, & super niuem dealbábor.

Audítui meo dabis gaúdium & lætítiam: & exultábunt ossa humiliáta.

Auérte fáciem tuam à peccátis meis: & omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: & spíritum rectum ínnoua in viscéribus meis.

Ne proiícias me à fácie tua: & Spíritum Sanctum tuum ne áuferas à me.

Redde mihi lætítiam Salutáris tui: & Spíritu principáli confírma me.

Docébo iníquos vias tuas:& ímpij ad te conuerténtur.

Líbera me de ſanguínibus Deus, Deus ſalútis meæ: & exaltábit lingua mea iuſtítiam tuam.

Dómine lábia mea apéries: & os meum annunciábit laudem tuam.

Quóniam ſi voluíſſes ſacrifícium dedíſſem, vtique: holocaúſtis non delectáberis.

Sacrifícium Deo ſpíritus contribulátus: cor contrítum, & humiliátum Deus non deſpícies.

Benígnè fac in bona voluntáte tua Sion: vt ædificéntur muri Ierúſalem.

Tunc acceptábis ſacrifícium iuſtítiæ, oblatiónes & holocaúſta: tunc impónent ſuper altáre tuum vítulos.

Pſalmus 51.

QVid gloriáris in malítia: qui potens es in iniquitáte?

Tota die iniuſtítiam cogitáuit lingua tua: ſicut nouácula acúta fecíſti dolum.

Dilexíſti malítiam ſuper benignitátem: ini-

quitátem magis, quàm loqui æquitátem.

Dilexíſti ómnia verba præcipitatiónis: lingua dolóſa.

Proptérea Deus déſtruet te in finem: euéllet te, & emigrábit te de tabernáculo tuo: & radícem tuam de terra viuéntium.

Vidébunt iuſti, & timébunt: & ſuper eum ridébunt, & dicent: ecce homo, qui non póſuit Deum adiutórem ſuum.

Sed ſperáuit in multitúdine diuitiárum ſuárum: & præuáluit in vanitáte ſua.

Ego autem ſicut olíua fructífera in domo Dei: ſperáui in miſericórdia Dei in ætérnum, & in ſǽculum ſǽculi.

Confitébor tibi in ſǽculum, quia fecíſti: & expectábo nomen tuum; quóniam bonum eſt in conſpéctu Sanctórum tuórum.

Aña.

Deus deórum, Dóminus locútus eſt.

℣. Immola Deo ſacrifícium laudis. Et redde Altíſsimo vota tua.

Benedictio. Sapiéntia Dei Patris: nos cœléſtibus ínſtruat diſciplínis.

Lectio. Prouerb. 3.

DOminus ſapiéntia fundáuit terram: ſtabilíuit cœlos prudéntia. Sapiéntia illíus erupérunt abyſſi: & nubes rore concréſcunt. Tu autem.




℟. Deus deórum, Dóminus locútus eſt.




℣. Et vocáuit terram. Dóminus.

In ſecundo Nocturno.



Aña. Alleluia. In Quadrageſima.



Aña. Auértet. viij. Pſalmus 52.

DIxit inſípiens in corde ſuo: nō eſt Deus. Corrúpti ſunt, & abomінábiles facti ſunt in iniquitátibus: nō eſt qui fáciat bonum.

Deus

Deus de cœlo proſpéxit ſuper fílios hóminum : vt vídeat, ſi eſt intélligens, aut requírens Deum.

Omnes declinauérunt, ſimul inútiles facti ſunt : non eſt, qui fáciat bonum, non eſt vſque ad vnum.

Nonne ſcient omnes, qui operántur iniquitátem : qui déuorant plebem meam vt cibum panis?

Deum non inuocauérunt : illic trepidauérunt timóre, vbi non fuit timor.

Quóniam Deus diſſipáuit oſſa eórum, qui homínibus placent : confúſi ſunt, quóniam Deus ſpreuit eos.

Quis dabit ex Sion, Salutáre Iſráel? cùm conuérterit Deus captiuitátem plebis ſuæ; exultábit Iacob, & lætábitur Iſráel.

Pſalmus 53.

DEus in nómine tuo ſaluum me fac : & in virtúte tua iúdica me.

Deus exaúdi oratiónem meam : aúribus pércipe verba oris mei.

Quóniam aliéni inſurrexérunt aduérſum me, & fortes quæſiérunt ánimam meam:& nō propoſuérūt Deū ante conſpéctū ſuum.

Ecce enim Deus ádiuuat me : & Dóminus ſuſcéptor eſt ánimæ meæ.

Auérte mala inimícis meis : & in veritáte tua diſpérde illos.

Voluntárie ſacrificábo tibi : & confitébor nómini tuo Dómine, quóniam bonum eſt.

Quóniam ex omni tribulatióne eripuíſti me:& ſuper inimícos meos deſpéxit óculus meus.

In Quadrageſima.

Aña.



Auértet Dn̄s captiuitátem plebis ſuæ.

Aña.



Inténde in me. v. Pſalmus 54.

EXáudi Deus oratiónem meam : & ne deſpexéris deprecatiónem meam : inténde mihi, & exáudi me.

Contriſtátus ſum in exercitatióne mea: &

& conturbátus ſum à voce inimíci, & à tribulatióne peccatóris.

Quóniam declinauérunt in me iniquitátes: & in ira moléſti erant mihi.

Cor meum conturbátum eſt in me: & formído mortis cécidit ſuper me.

Timor, & tremor venérunt ſuper me: & contexérunt me ténebræ.

Et dixi: quis dabit mihi pennas ſicut colúmbæ: & volábo, & requiéſcam.

Ecce elõgáui fúgiens: & mãſi in ſolitúdine.

Expectábam eum, qui ſaluum me fecit: à puſillanimitáte ſpíritus, & tempeſtáte.

Præcípita Dómine, díuide linguas eórum: quóniam vidi iniquitátem, & contradictiónem in ciuitáte.

Die ac nocte circũdabit eã ſuper muros eius iníquitas: & labor in médio eius, & iniuſtítia.

Et nõ defécit de pláteis eius: vſúra & dolus.

Quóniam ſi inimícus meus maledixíſſet mihi: ſuſtinuíſſem vtique.

Et ſi is, qui óderat me, ſuper me magna locú-

tus fuíſſet: abſcondíſſem me fórſitan ab eo.

Tu verò homo vnánimis: dux meus, & notus meus.

Qui ſimul mecum dulces capiébas cibos: in domo Dei ambuláuimus cum conſénſu.

Véniat mors ſuper illos: & deſcéndant in inférnum viuéntes.

Quóniam nequítiæ in habitáculis eórum: in médio eórum.

Ego autem ad Deum clamáui: & Dóminus ſaluáuit me.

Véſperè, & manè, & merídie narrábo, & annunciábo: & exáudiet vocem meam.

Rédimet in pace ánimam meam ab his, qui appropínquant mihi: quóniam inter multos erant mecum.

Exáudiet Deus, & humiliábit illos: qui eſt ante ſæcula.

Non enim eſt illis commutátio: & non timuérunt Deum: exténdit manum ſuam in retribuéndo.

Contaminauérunt teſtaméntum eius: di-

uíſi ſunt ab ira vultus eius : & appropinquáuit cor illíus.

Molliti ſunt ſermónes eius ſuper óleum: & ipſi ſunt iácula.

Iacta ſuper Dóminum curam tuam : & ipſe te enútriet : non dabit in ætérnum fluctuatiónem iuſto.

Tu veró Deus : dedúces eos: in púteum intéritus.

Viri ſánguinum , & dolóſi non dimidiábunt dies ſuos : ego autem ſperábo in te Dómine.

Pſalmus 55.

MIſerére mei Deus , quóniam conculcáuit me homo : tota die impúgnans tribuláuit me.

Conculcauérunt me inimíci mei tota die : quóniam multi bellántes aduérſum me.

Ab altitúdine diéi timébo : ego veró in te ſperábo.

In Deo laudábo ſermónes meos : in Deo ſperáui: non timébo, quid fáciat mihi caro.

Tota die verba mea execrabántur : aduérsũ

me omnes cogitatiónes eórum in malum.

Inhabitábunt, & abſcóndent: ipſi calcáneum meum obſeruábunt.

Sicut ſuſtinuéruntánimam meã,pro níhilo ſaluos fáciesillos:in ira pópulos confrínges.

Deus vitam meam annuntiáui tibi:poſuíſti láchrymas meas in conſpéctu tuo.


Sicut & in promiſsióne tua: tunc conuerténtur inimíci mei retrórſum.

In quacúnque die inuocáuero te: ecce cognóui quóniam Deus meus es.

In Deo laudábo verbum: in Dómino laudábo ſermónem: in Deo ſperáui,non timébo, quid fáciat mihi homo.

In me ſunt Deus vota tua:quæ reddam laudatiónes tibi.

Quóniã eripuíſti ánimã meam de morte: & pedes meos de lapſu:vt pláceam coram Deo in lúmine viuéntium. In Quadrageſima.



Aña. Inténde in me, & exáudi me Dómine.



Aña. Iuſtè iudicate. Ad Laudes Pſalmus 56.

MIſerére mei Deus, miſerére mei: quóniam in te confídit ánima mea.

Et in vmbra alárum tuárum ſperábo: donec tránſeat iníquitas.

Clamábo ad Deum altíſsimum: Deum, qui benefécit mihi.

Miſit de cœlo, & liberáuit me: dedit in oppróbrium conculcántes me.

Miſit Deus miſericórdiam ſuam, & veritátem ſuam: & erípuit ánimam meam de médio catulórũ leónũ: dormíui conturbátus.

Fílij hóminum dentes eórum arma, & ſagíttæ: & lingua eórum gládius acútus.

Exaltáre ſuper cœlos Deus: & in omnem terram glória tua.

Láqueum parauérunt pédibus meis: & incuruauérunt ánimam meam.

Fodérunt ante fáciem meam fóueam: & incidérunt in eam.

Parátum cor meum, Deus, paratum cor meum: cantábo, & pſalmum dicam.

Exúrge glória mea, exúrge pſaltérium & cíthara: exúrgam dilúculo.

Confitébor tibi in pópulis Dómine: & pſalmum dicam tibi in géntibus.

Quóniã magnificáta eſt vſque ad cœlos miſericórdia tua: & vſque ad nubes véritas tua.

Exaltáre ſuper cœlos Deus: & ſuper omnem terram glória tua.

Pſalmus 57.

SI verè vtique iuſtítiam loquímini: recta iudicáte filij hóminum.

Etenim in corde iniquitátes operámini: in terra iniuſtítias manus veſtræ concínnant.

Alienáti ſunt peccatóres à vulua errauérunt ab vtero: locúti ſunt falſa.

Furor illis ſecúndũ ſimilitúdinẽ ſerpéntis: ſicut áſpidis ſurdæ, & obturántis aures ſuas.

Quæ non exáudiet vocem incantántium: & venéfici incantántis ſapiénter.

Deus cónteret dentes eórum in ore ipſórum: molas leónum confrínget Dóminus.

Ad níhilum deueniēt, tanquā aqua decúrrens: inténdit arcū ſuū, donec infirméntur.

Sicut cera, quæ fluit, auferéntur: ſupercécidit ignis, & non vidérunt Solem.

Priúſquam intellígerēt ſpinæ veſtræ rhamnum: ſicut viuéntes ſic in ira abſórbet eos.

Lætábitur iuſtus, cùm víderit vindíctam: manus ſuas lauábit in ſánguine peccatóris.

Et dicet homo, ſi vtiq; eſt fructus iuſto: vtique eſt Deus iúdicās eos in terra. Pſalm. 58.

ERipe me de inimícis meis Deus meus: & ab inſurgéntibus in me líbera me.

Eripe me de operántibus iniquitátem: & de viris ſánguinum ſalua me.

Quia ecce cepérunt ánimam meam: irruérunt in me fortes.

Neque iníquitas mea, neq; peccātū meum Dómine: ſine iniquitáte cucúrri, & diréxi.

Exúrge in occúrſum meum, & vide: & tu Dómine Deus virtútum, Deus Iſráël.

Inténde ad viſitándas omnes gētes: nō miſereáris ómnibus qui operántur iniquitátem.

Conuerténtur ad vésperam: & famem patiéntur vt canes: & circuíbunt ciuitátem.
Ecce loquéntur in ore ſuo: & gládius in lábiis eórum: quóniam quis audíuit.
Et tu Dómine deridébis eos: ad níhilum dedúces omnes gentes.
Fortitúdinem meam ad te cuſtódiam: quia Deus ſuſcéptor meus es; Deus meus miſericórdia eius præuéniet me.
Deus oſténdet mihi ſuper inimícos meos ne occídas eos: nequándo obliuiſcántur pópuli mei.
Diſpérge illos in virtúte tua: & depóne eos protéctor meus Dómine.
Delíctum oris eórum, ſermónē labiórum ipſórū: & cōprehendántur in ſupérbia ſua.
Et de execratióne, & mendácio annunciabúntur in conſummatióne: in ira conſummatiónis, & non erunt.
Et ſcient, quia Deus dominábitur Iacob: & fínium terræ.
Conuerténtur ad vésperam: & famem pa-

tientur vt canes: & circuíbunt ciuitátem.
Ipſi diſpergéntur ad manducándum: ſi verò non fúerint ſaturáti, & murmurábunt.
Ego autem cantábo fortitúdinem tuam: & exaltábo manè miſericórdiam tuam.
Quia factus es ſuſcéptor meus; & refúgium meum, in die tribulatiónis meæ.
Adiútor meus tibi pſallã: quia Deus ſuſcéptor meus es: Deus meus, miſericórdia mea.
Antiph. Alleluia. iij. Capitulum. Vigiláte.
℣. Deus vitam meam annuntiáui tibi. Poſuíſti láchrymas meas in conſpéctu tuo.
Collecta. Salua nos. In Quadrageſima.

Aña.

Iuſtè iudicáte fí lij hóminum.


In Laudibus. Pſalm. Miſerére. Pſal. Iúdica me Deus. Pſal. Miſerére mei De⁹ miſerére.
Canticum. Ego dixi. Pſalm. Laudáte. Aña.


Dele Dómine iniquitátẽ meam.


Capitulum. Nox præcésſit.



℟. Miſerére mei Deus: Miſerére mei.




℣. Quóniam in te confídit ánima mea.




Miſerére mei.

Hymnus. Splendor. ℣. In matutínis.

Ad Benedictus, Antiphona.



Salútē ex inimícis noſtris & de manu ómniū



qui nos odérunt líbera nos Dn̄e.

Feria quarta, Inuitatorium.



In manu tua Dómine: Omnes fi nes terræ.

Pſalmus. Veníte exultémus. Hymn. Æ tér-ne rerum.



Aña. Da nobis Dómine. ij.

Pſalmus 59.

DEus repuliſti nos, & deſtruxíſti nos: irátus es, & miſértus es nobis.

Commouíſti terram, & conturbáſti eam: ſana contritiónes eius, quia commóta eſt.

Oſtendíſti pópulo tuo dura: potáſti nos vino compunctiónis.

Dedíſti metuéntibus te ſignificatiónem: vt fúgiant à fácie arcus.

Vt liberéntur dilécti tui: ſaluum fac déxtera tua, & exaúdi me.

Deus locútus eſt in Sancto ſuo: lætábor, & partíbor Síchimam; & conuállem tabernaculórum metíbor.

Meus eſt Gálaad, & meus eſt Manáſſes: & Ephraim fortitúdo cápitis mei.

Iuda rex meus: Moab olla ſpei meæ.

In Idumǽam exténdam calceaméntum meum: mihi alienígenæ ſúbditi ſunt.

Quis dedúcet me in ciuitátem munítam: quis dedúcet me vſque in Idumǽam?

Nónne tu Deus, qui repulíſti nos: & non egrediéris Deus in virtútibus noſtris?

Da nobis auxílium de tribulatióne: quia vana ſalus hóminis.

In Deo faciémus virtútem: & ipſe ad níhilum dedúcet tribulántes nos.

Pſalmus 60.

EXáudi Deus deprecatiónem meam: inténde oratióni meæ.

A fínibus terræ ad te clamáui: dum anxiarétur cor meum, in petra exaltáſti me.

Dedúxiſti me, quia factus es ſpes mea: turris fortitúdinis à fácie inimíci.

Inhabitábo in tabernáculo tuo in ſǽcula: prótegar in velaménto alárum tuárum.

Quóniam tu Deus meus exaudíſti oratiónem meam: dedíſti hæreditátem timéntibus nomen tuum.

Dies ſuper dies Regis adiícies: annos eius vſque in diem generatiónis, & generatiónis.

Pérmanet in ætérnum in conſpéctu Dei: miſericórdiam, & veritátem eius quis requíret?

Sic pſalmum dicã nómini tuo in ſǽculum ſǽculi: vt reddam vota mea de die in diem.



Aña. Da nobis Dómine auxílium de tribu-



latióne.



Aña. Benedícite. vj. Pſalmus 61.

NOnne Deo ſubiécta erit ánima mea: ab ipſo enim Salutáre meum.

Nam & ipſe Deus meus, & Salutáris meus: ſuſcéptor meus, non mouébor ámpliùs.

Quoúſque irrúitis in hóminem? interfícitis vniuérſi vos: tanquam paríeti inclináto, & macériæ depúlſæ.

Verúntamen prétium meum cogitauérunt repéllere: cucúrri in ſiti: ore ſuo bene-

dicébant, & corde ſuo maledicébant.

Verúntamen Deo ſubiécta eſto ánima mea: quóniam ab ipſo patiéntia mea.

Quia ipſe Deus meus,& Saluátor meus: adiútor meus, non emigrábo.

In Deo ſalutáre meum,& glória mea: Deus auxílij mei, & ſpes mea in Deo eſt.

Speráte in eo omnis congregátio pópuli: effúndite coram illo corda veſtra: Deus adiútor noſter in ætérnum.

Verúntamen vani fílij hóminum: mendáces fílij hóminum in ſtatéris: vt decípiant ipſi de vanitáte in idípſum.

Nolíte ſperáre in iniquitáte & rapínas nolíte concupíſcere: diuítiæ ſi áffluant, nolíte cor appónere.

Semel locútus eſt Deus, duo hæc audíui: quia potéſtas Dei eſt, & tibi Dómine miſericórdia: quia tu reddes vnicuíq; iuxta ópera ſua.

Pſalmus 62.

DEus, Deus meus: ad te de luce vígilo.
Sitíuit in te ánima mea: quam mul-

tiplíciter tibi caro mea!

In terra deſérta, ínuia, & inaquóſa: ſic in ſancto appárui tibi: vt vidérem virtútem tuam, & glóriam tuam.

Quóniam mélior eſt miſericórdia tua ſuper vitas: lábia mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vita mea: & in nómine tuo leuábo manus meas.

Sicut ádipe, & pinguédine repleátur ánima mea: & lábiis exultatiónis laudábit os meũ.

Sic memor fui tui ſuper ſtratum meum: in matutínis meditábor in te: quia fuíſti adiútor meus.

Et in velaménto alárum tuárum exultábo: adhæſit ánima mea poſt te: me ſuſcépit déxtera tua.

Ipſi verò in vanum quæſiérunt ánimam meam: introíbunt in inferióra terræ: tradéntur in manus gládij partes vúlpiũ erunt.

Rex verò lætábitur in Deo: laudabúntur omnes qui iurant in eo: quia obſtrúctum eſt os loquéntium iníqua.

Psalmus 63.

EXaúdi Deus oratiónẽ meã cùm dépre-cor: à timóre inimíci éripe ánimã meam.

Protexísti me à conuéntu malignántium: à multitúdine operántium iniquitátem.

Quia exacuérunt vt gládium linguas suas: intendérunt arcum, rem amáram: vt sagíttent in occúltis immaculátum.

Súbitò sagittábunt eum, & non timébunt: firmauérunt sibi sermónem nequam.

Narrauérunt, vt abscónderent láqueos: dixérunt, quis vidébit eos?

Scrutáti sunt iniquitátes: defecérunt scrutántes scrutínio.

Accédet homo ad cor altum: & exaltábitur Deus.

Sagíttæ paruulórũ factæ sunt plagæ eórum: & infirmátæ sunt contra eos linguæ eórum.

Conturbáti sunt omnes, qui vidébant eos: & tímuit omnis homo.

Et annunciauérunt ópera Dei: & facta eius intellexérunt.

Lætábitur iuſtus in Dño, & ſperábit in eo: & laudabúntur omnes recti corde. Pſalm. 64.

TE decet hymnus Deus in Sion: & tibi reddétur votum in Ierúſalem.

Exáudi oratiónem meam: ad te omnis caro véniet.

Verba iniquórum præualuérũt ſuper nos: & impietátibus noſtris tu propitiáberis.

Beátus, quem elegíſti, & aſſumpſíſti: habitábit in átriis tuis.

Replébimur in bonis domus tuæ: ſanctum eſt templum tuum mirábile in æquitáte.

Exáudi nos Deus Salutáris noſter: ſpes ómnium fínium terræ, & in mari longè.

Præparans montes in virtúte tua, accínctus poténtia: qui contúrbas profúndum maris, ſonum flúctuum eius.

Turbabúntur gentes, & timébunt, qui hábitant términos à ſignis tuis: éxitus matutíni, & véſperè delectábis.

Viſitáſti terram, & inebriáſti eam: multiplicáſti locupletáre eam.

Flumen Dei replétum eſt aquis ✠ paráſti cibum illórũ; quóniam ita eſt præparátio eius.

Riuos eius inébria ✠ multíplica genímina eius: in ſtillicídijs eius lætábitur gérminans.

Benedíces corónæ anni benignitátis tuæ: & campi tui replebúntur vbertáte.

Pinguéſcent ſpecióſa deſérti: & exultatióne colles accingéntur.

Indúti ſunt aríetes óuium: & valles abundábunt fruménto: clamábunt, étenim hymnum dicent.

Pſalmus 65.

IVbiláte Deo omnis terra: pſalmum dícite nómini eius: date glóriam laudi eius.

Dícite Deo, quàm terribília ſunt ópera tua Dómine: in multitúdine virtútis tuæ mentiéntur tibi inimíci tui.

Omnis terra adóret te, & pſallat tibi: pſalmum dicat nómini tuo.

Veníte & vidéte ópera Dei: terríbilis in conſíliis ſuper fílios hóminum.

Qui conuértit mare in áridam: in flúmine pertranſíbunt pede: ibi lætábimur in ipſo.

Qui dominátur in virtúte ſua in ætérnum: óculi eius ſuper gentes reſpíciunt: qui exáſperant,non exalténtur in ſemetípſis.

Benedícite gentes Deum noſtrum:& audítam fácite vocem laudis eius.

Qui póſuit ánimam meam ad vitam : & non dedit in commotiónem pedes meos.

Quóniam probáſti nos Deus:igne nos examináſti, ſicut examinátur argéntum.

Induxíſti nos in láqueum: poſuíſti tribulatiónes in dorſo noſtro: impoſuíſti hómines ſuper cápita noſtra.

Tranſíuimus per ignem, & aquam:& eduxíſti nos in refrigérium.

Introíbo in domum tuam in holocáuſtis: reddam tibi vota mea, quæ diſtinxérunt lábia mea.

Et locútũ eſt os meũ : in tribulatióne mea.

Holocaúſta medulláta ófferam tibi cũ incénſo aríetum:ófferam tibi boues cũ hircis.


Veníte, audíte, & narrábo omnes, qui timétis Deum : quanta fecit ánimæ meæ.

Ad ipſum ore meo clamáui : & exaltáui ſub lingua mea.


Iniquitátem ſi aſpéxi in corde meo : non exáudiet Dóminus.

Proptérea exaudíuit Deus : & atténdit voci deprecatiónis meæ.

Benedíctus Deus : qui non amóuit oratiónem meam , & miſericórdiam ſuam à me.



Añа. Benedícite gentes Deum noſtrum.



Aña. In Ecclésijs. viij. Pſalmus 66.

Deus miſereátur noſtri , & benedícat nobis : illúminet vultum ſuum ſuper nos , & miſereátur noſtri.

Vt cognoſcámus in terra viam tuam : in ómnibus géntibus ſalutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli Deus : confiteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur , & exúltẽt gẽtes : quóniã iúdicas

pópulos

pópulos in æquitáte:& gẽtes in terra dírigis.
Confiteántur tibi pópuli Deus : cõfiteántur tibi pópuli omnes:terra dedit fructũ ſuum.
Benedícat nos Deus, Deus, noſter / benedícat nos Deus : & métuant eum omnes fines terræ.

Pſalmus 67.

EXúrgat Deus, & diſsipéntur inimíci eius:& fúgiant, qui odérunt eum, à fácie eius.
Sicut déficit fumus, defíciãt:ſicut fluit cera à fácie ignis,ſic péreãt peccatóres à fácie Dei.
Et iuſti epuléntur, & exúltent in conſpéctu Dei : & delectẽntur in lætítia.
Cantáte Deo , pſalmum dícite nómini eius : iter fácite ei, qui aſcéndit ſuper occáſum : Dóminus nomen illi.
Exultáte in cõſpéctu eius:turbabũtur à fácie eius,patris orphanórũ, & iúdicis viduárum.
Deus in loco ſancto ſuo : Deus, qui inhabitáre facit vníus moris in domo.
Qui edúxit vinctos in fortitúdine:ſimíliter eos,qui exáſperãt, qui hábitãt in ſepúlchris.

Deus cùm egrederéris in conſpéctu pópuli tui: cùm pertranſíres in deſérto.

Terra mota eſt, étenim cœli diſtillauérunt à fácie Dei Sýnai: à fácie Dei Iſráel.

Plúuiam voluntáriam ſegregábis Deus hæreditáti tuæ; & infirmáta eſt: tu verò perfecíſti eam.

Animália tua habitábunt in ea: paráſti in dulcédine tua páuperi Deus.

Dóminus dabit verbum euangelizántibus: virtúte multa.

Rex virtútum dilécti, dilécti: & ſpeciéi domus diuídere ſpólia.

Si dormiátis inter médios cleros, pennæ colúmbæ deargentátæ: & poſterióra dorſi eius in pallóre auri.

Dum diſcérnit cœléſtis reges ſuper eam, niue dealbabúntur in Selmon: mons Dei, mons pinguis.

Mons coagulátus, mons pinguis: vt quid ſuſpicámini montes coagulátos?

Mons, in quo beneplácitum eſt Deo habitá-

re in eo: étenim Dómin⁹ habitábit in finem.

Currus Dei decem míllibus múltiplex míllia lætántiũ: Dóminus in eis in Sina in sãcto.

Ascendísti in altum ※ cepísti captiuitátem: accepísti dona in homínibus.

Etenim non credéntes: inhabitáre Dóminum Deum. Diuisio.

BEnedíctus Dóminus die quotídie: prósperum iter fáciat nobis Deus salutárium nostrórum.

Deus noster, Deus saluos faciéndi: & Dómini, Dómini éxitus mortis.

Verúntamen Deus confrínget cápita inimicórum suórum: vérticem capílli perambulántium in delíctis suis.

Dixit Dóminus ※ ex Basan conuértam: conuértam in profúndum maris.

Vt intingátur pes tuus in sánguine: lingua canum tuórum ex inimícis ab ipso.

Vidérunt ingréssus tuos Deus: ingréssus Dei mei, Regis mei ※ qui est in Sancto.

Præuenérũt Príncipes coniúncti psallénti-

bus:in médio iuuenculárũ tympaniſtriárũ.

In Eccléſiis benedícite Deo Dómino: de fóntibus Iſráel.

Ibi Bénjamin adoleſcéntulus : in mentis excéſſu.

Príncipes Iuda duces eórum: Príncipes Zábulon, Príncipes Néphtali.

Manda Deus virtúti tuæ: confírma Deus hoc, quod operátus es in nobis.

A témplo tuo in Ierúſalem:tibi ófferent reges múnera.

Increpa feras arúndinis: congregátio taurórum in vaccis populórum: vt exclúdant eos, qui probáti ſunt argénto.

Díſsipa géntes, quæ bella volunt: vénient legáti ex Ægýpto: Æthiópia præuéniet manus eius Deo.

Regna terræ cantáte Deo:pſállite Dómino.

Pſállite Deo, qui aſcéndit ſuper cœlum cœli: ad oriéntem.

Ecce dabit voci ſuæ vocem virtútis: date glóriã Deo ſuper Iſráel:magnificéntia eius,

& virtus eius in núbibus.

Mirábilis Deus in Sanctis ſuis: Deus Iſráel ipſe dabit virtútem & fortitúdinem plebi ſuæ: benedíctus Deus.




Aña. In Ecclésijs benedícite Dómino.

℣. Manda Deus virtúti tuæ. Confírma Deus hoc, quod operátus es in nobis.

Benedictio. Dóceat nos Dóminus terréna deſpícere: & amáre cœléſtia. Lectio. Sap. 1.

DIlígite iuſtítiam: qui iudicátis terram. Sentíte de Dómino in bonitáte: & in ſimplicitáte cordis quǽrite illum. Quóniam inuenítur ab his, qui non tentant illum: appáret autem eis, qui fidem habent in illum. Tu autem.




℟. Mirábilis Deus. In Sanctis ſuis.




℣. Deus Iſrael ipſe dabit virtútem, & for-



titúdinem plebi ſuæ. In. In ij. Nocturno.



Aña. Alleluia. In Quadrageſima.



Aña. Quærite. viij. Pſalmus 68.

SAluum me fac Deus: quóniam intrauérunt aquæ vſque ad ánimam meam.

Infíxus ſum in limo profúndi: & non eſt ſubſtántia.

Veni in altitúdinem maris: & tempéſtas demérſit me.

Laboráui clamans, raucæ factæ ſunt fauces meæ: defecérunt óculi mei, dum ſpero in Deum meum.

Multiplicáti ſunt ſuper capíllos cápitis mei: qui odérunt me gratis.

Confortáti sũt, qui perſecúti sũt me inimíci mei iniúſtè: quæ nõ rápui, tũc exoluébam.

Deus tu ſcis inſipiéntiam meam: & delícta

mea à te non ſunt abſcóndita.

Non erubéſcant in me qui expéctant te Dómine: Dómine virtútum.

Non confundántur ſuper me: qui quærunt te, Deus Iſráel.

Quóniam propter te ſuſtínui oppróbrium: opéruit confúſio fáciem meam.

Extráneus factus ſum frátribus meis: & peregrínus fíliis matris meæ.

Quóniam zelus domus tuæ comédit me: & oppróbria exprobrántium tibi cecidérunt ſuper me.

Et opérui in ieiúnio ánimam meam: & factum eſt in oppróbrium mihi.

Et póſui veſtiméntum meum cilícium: & factus ſum illis in parábolam.

Aduérsũ me loquebántur, qui ſedébant in porta: & in me pſallébãt, qui bibébãt vinũ.

Ego verò oratiónem meam ad te Dómine: tempus bepláciti Deus.

In multitúdine miſericórdiæ tuæ exáudi me: in veritáte ſalútis tuæ.

Eripe me de luto, vt nõ infigar: líbera me ab his, qui odérunt me, & de profúndis aquárũ.

Non me demérgat tempéstas aquæ: neque absórbeat me profúndum: neque vrgeat super me púteus os suum. Diuisio.

EXáudi me Dómine, quóniam benígna est misericórdia tua: secúndum multitúdinẽ miseratiónum tuárum réspice in me.

Et ne auértas fáciem tuam à púero tuo: quóniam tríbulor, velóciter exáudi me.

Inténde ánimæ meæ, & líbera eam: propter inimícos meos éripe me.

Tu scis impropérium meum, & confusiónem meam: & reueréntiam meam.

In conspéctu tuo sunt omnes, qui tríbulant me: impropérium expectáuit cor meum, & misériam.

Et sustínui, qui simul contristarétur, & non fuit: & qui consolarétur, & non inuéni.

Et dedérunt in escam meam fel: & in siti mea potauérunt me acéto.

Fiat mensa eórum coram ipsis in láqueum:

&

& in retributiónes, & in ſcándalum.

Obſcuréntur óculi eórum, ne vídeant: & dorſum eórum ſemper incúrua.

Effúnde ſuper eos iram tuam: & furor iræ tuæ comprehéndat eos.

Fiat habitátio eórum deſérta: & in tabernáculis eórum non ſit qui inhábitet.

Quóniam quem tu percuſsíſti perſecúti ſunt: & ſuper dolórem vúlnerum meórum addidérunt.

Appóne iniquitátem ſuper iniquitátem eórum: & non intrent in iuſtítiam tuam.

Deleántur de libro viuéntium: & cum iuſtis non ſcribántur.

Ego ſum pauper, & dolens: ſalus tua Deus ſuſcépit me.

Laudábo nomen Dei cum cántico: & magnificábo eum in laude.

Et placébit Deo ſuper vítulum nouéllum: córnua producéntem, & vngulas.

Vídeant paúperes, & læténtur: quærite Deum & viuet ánima veſtra.

Quóniam exaudíuit páuperes Dóminus: & vinctos ſuos non deſpéxit.

Laudent illum cœli, & terra: mare, & ómnia reptília in eis.

Quóniam Deus ſaluam fáciet Sion: & ædificabúntur ciuitátes Iuda.

Et inhabitábunt ibi: & hæreditáte acquírent eam.

Et ſemen ſeruórum eius poſsidébit eam: & qui díligunt nomen eius, habitábunt in ea.

In Quadrageſima.



Aña. Quærite Dñm, & viuet ánima veſtra.



Aña. Eſtomihi. j. Pſalmus 69.

DEus in adiutórium meum inténde: Dómine ad adiuuándum me feſtína.

Confundántur, & reuereántur: qui quærunt ánimam meam.

Auertántur retrórſum & erubéſcant: qui

volunt mihi mala.

Auertántur ſtatim erubeſcéntes: qui dicunt mihi: euge, euge.

Exúltent, & lætentur in te omnes, qui quærunt te: & dicant ſemper, magnificétur Dóminus, qui díligunt Salutáre tuum.

Ego verò egénus, & pauper ſum: Deus ádiuua me.

Adiútor meus, & liberátor meus es tu: Dómine ne moréris.

Pſalmus 70.

IN te Dómine ſperáui, nõ cõfúndar in ætérnum: in iuſtítia tua líbera me, & éripe me.

Inclína ad me aurem tuam: & ſalua me.

Eſto mihi in Deum protectórem: & in locum munítum: vt ſaluum me fácias.

Quóniam firmaméntum meum: & refúgium meum es tu.

Deus meus éripe me de manu peccatóris: & de manu contra legem agéntis, & iníqui.

Quóniam tu es patiéntia mea Dómine: Dómine ſpes mea à iuuentúte mea.

In te confirmátus ſum ex vtero: de ventre

matris meæ tu es protéctor meus.
In te cantátio mea ſemper: tanquam prodígiũ factus ſum multis: & tu adiútor fortis.
Repleátur os meum laude, vt cantem glóriam tuam; tota die magnitúdinem tuam.
Ne proiícias me in tẽpore ſenectútis: cùm defécerit virtus mea, ne derelínquas me.
Quia dixérunt inimíci mei mihi: & qui cuſtodiébant ánimam meam conſílium fecérunt in vnum.
Dicéntes, Deꝰ derelíquit eũ: perſequímini, & comprehéndite eũ: quia nõ eſt qui erípiat.
Deus ne elongéris à me: Deus meus in auxílium meum réſpice.
Confundántur, & defíciant detrahéntes ánimæ meæ: operiántur confuſióne, & pudóre, qui quærunt mala mihi.
Ego autem ſemper ſperábo: & adiíciam ſuper omnem laudem tuam.
Os meum annunciábit iuſtítiam tuam: tota die Salutáre tuum.
Quóniam non cognóui literatúram, introíbo

troíbo in poténtias Dómini: Dómine memorábor iuſtítiæ tuæ ſolíus.

Deus docuíſti me à iuuentúte mea; & vſque nunc ✠ pronunciábo mirabília tua.

Et vſque in ſenéctam, & ſénium: Deus ne derelínquas me.

Donec annúntiem bráchium tuum: generatióni omni, quæ ventúra eſt.

Poténtiam tuam, & iuſtítiam tuam Deus vſque in altíſsima, quæ fecíſti magnália: Deus quis ſímilis tibi?

Quantas oſtendíſti mihi tribulatiónes multas, & malas: & conuérſus viuificáſti me: & de abýſsis terræ íterum reduxíſti me.


Multiplicáſti magnificéntiam tuam: & conuérſus conſolátus es me.

Nam & ego confitébor tibi in vaſis pſalmi veritátem tuam: Deus ✠ pſallam tibi in cíthara, ſanctus Iſráel.


Exultábunt lábia mea cùm cantáuero tibi: & ánima mea, quam redemíſti.

Sed & lingua mea tota die meditábitur iu-

ſtítiã tuam: cùm confúſi, & reuériti fúerint, qui quærunt mala mihi. In Quadrageſima.



Aña. Eſto mihi Dñe in Deũ protectórem.



Aña. Tenuíſti. vj. Pſalmus 71.

DEus iudícium tuum Regi da: & iuſtítiam tuam fílio Regis.

Iudicáre pópulum tuum in iuſtítia: & páuperes tuos in iudício.

Suſcípiant montes pacem pópulo: & colles iuſtítiam.

Iudicábit paúperes pópuli * & ſaluos fáciet fílios paúperũ: & humiliábit calũniatórem.

Et permanébit cum ſole, & ante lunam: in generatióne & generatiónem.

Deſcéndet ſicut plúuia in vellus: & ſicut ſtillicídia ſtillántia ſuper terram.

Oriétur in diébus eius iuſtítia, & abundántia pacis: donec auferátur luna.

Et dominábitur à mari vsque ad mare: & à flúmine vsque ad términos orbis terrárum.

Coram illo prócident Æthíopes: & inimíci eius terram lingent.

Reges Tharsis, & ínsulæ múnera ófferent: reges Arabum, & Saba dona addúcent.

Et adorábunt eum omnes reges terræ: omnes gentes séruient ei.

Quia liberábit paúperem à potente: & paúperem, cui non erat adiútor.

Parcet paúperi, & ínopi: & ánimas paúperum saluas fáciet.

Ex vsúris, & iniquitáte rédimet ánimas eórum: & honorábile nomen eórũ coram illo.

Et viuet, & dábitur ei de auro Arábiæ, & adorábũt de ipso semper: tota die benedícẽt ei.

Erit firmaméntũ in terra in summis móntiũ, super extollétur super Líbanũ fructus eius: & florébũt de ciuitáte sicut fœnũ terræ.

Sit nomen eius benedíctum in sǽcula: ante Solem pérmanet nomen eius.

Et benedicẽtur in ipso omnes tribus terræ:

omnes gentes magnificábunt eum.

Benedíctus Dóminus Deus Iſráel:qui facit mirabília ſolus.

Et benedíctum nomen maieſtátis eius in ætérnum: & replébitur maieſtáte eius omnis terra; fiat, fiat. Pſalmus 72.

QVàm bonus Iſráel Deus: his qui recto ſunt corde!

Mei autem penè moti ſunt pedes: penè effúſi ſunt greſſus mei.

Quia zeláui ſuper iníquos: pacem peccatórum videns.

Quia non eſt reſpéctus morti eórum:& firmaméntum in plaga eórum.

In labóre hóminum non ſunt: & cum homínibus non flagellabúntur.

Ideò ténuit eos ſupérbia:opérti ſunt iniquitáte, & impietáte ſua.

Pródiit quaſi ex ádipe iníquitas eórum:tranſiérunt in affectum cordis.

Cogitauérunt,& locúti ſunt nequítiam:iniquitátem in excélſo locúti ſunt.

Posuérunt in cœlum os suum:& lingua eórum transiuit in terra.

Ideò conuertétur pópulus meus hic:& dies pleni inueniéntur in eis.

Et dixérunt, quómodo scit Deus: & si est sciéntia in excélso?

Ecce ipsi peccatóres, & abundántes in sǽculo: obtinuérunt diuítias.

Et dixi * ergo sine causa iustificáui cor meũ: & laui inter innocéntes manus meas.

Et fui flagellátus tota die: & castigátio mea in matutínis.

Si dicébam, narrábo sic: ecce natiónem filiórum tuórum reprobáui.

Existimábam, vt cognóscerem * hoc labor est ante me.

Donec intrem in sanctuárium Dei: & intélligam in nouíssimis eórum.

Verúntamen propter dolos posuísti eis: deiecísti eos dum alleuaréntur.

Quómodo facti sunt in desolatióne͂, súbitò defecérũt; periérunt propter iniquitáte͂ suã.

Velut sómniũ surgéntium, Dómine: in ciuitáte tua imáginẽ ipsórũ ad níhilum rédiges.

Quia inflammátum est cor meum, & renes mei commutáti sunt: & ego ad níhilum redáctus sum, & nesciui.

Vt iuméntum factus sum apud te: & ego semper tecum.

Tenuísti manum déxteram meam: & in voluntáte tua deduxísti me: & cum glória suscepísti me.

Quid enim mihi est in cœlo: & à te quid vólui super terram?

Defécit caro mea, & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea Deus in ætérnum.

Quia ecce, qui elóngant se à te, períbunt: perdidísti omnes qui fornicántur abs te.

Mihi autem adhærére Deo bonum est: pónere in Dómino Deo spem meam.


Vt annúntiem omnes prædicatiónes tuas: in portis fíliæ Sion.

Antiphona. Allelúia. iij. Capitul. Vigiláte.

℣. Gaudébunt lábia mea dum cantáuero

tibi: Et ánima mea, quam redemíſti Dómine. Collecta. Salua nos.


In Quadrageſima, Antiphona.



Tenuíſti Dómine manũ déxterammeam.

In Laudibus. Pſalmus. Miſerére mei. Pſalmus. Exaúdi Deus oratiónem meam cùm déprecor. Pſalmus. Te decet hymnus. Canticum. Exultáuit cor. Pſalmus. Laudáte Dóminum.


Añа.




Amplius laua me Dómine ab iniuſtí-




tia mea. Cap. Nox præcéſsit.



℟. Exáudi nos Deus: Salutáris noſter.




℣. Spes ómnium fínium terræ, & in mari



longè. Salutáris noſter.

Hymnus. Splendor. ℣. In matutínis.

Ad Benedictus, Antiphona.



In ſanctitáte ſeruiámus Dómino,& liberá-



bit nos ab inimícis noſtris.

Feria quinta, Inuitatorium.



Adorémus Dóminum. Quóniam ipſe



fecit nos.

Pſalmus. Veníte. Hymn. Ætérne rerum.

In primo Nocturno.



Aña. Liberáſti virgam.

Pſalmus 73.

Psalmus 73.

VT quid Deus repulísti in finem: irátus est furor tuus super oues páscuæ tuæ?

Memor esto congregatiónis tuæ : quam possedísti ab inítio.

Redemísti virgam hæreditátis tuæ : mons Sion, in quo habitásti in eo.

Leua manus tuas in supérbias eórum in finē: quanta malignátus est inimícus in Sācto.

Et gloriáti sunt, qui odérunt te : in médio solemnitátis tuæ.

Posuérunt signa sua, signa : & non cognouérunt, sicut in éxitu super summum.

Quasi in sylua lignórum secúribus excidérunt iánuas eius in idípsum : in secúri, & áscia deiecérunt eam.

Incendérunt igni sanctuárium tuum: in terra, polluérunt tabernáculum nóminis tui.

Dixérunt in corde suo, cognátio eórum simul : quiéscere faciámus omnes dies festos Dei à terra.

Signa nostra non vídimus, iam non est pro-

phéta: & nos non cognóſcet ámplius.
Vſquequo (Deus) improperábit inimícus: irrítat aduerſárius nomen tuum in finem?
Vt quid auértis manum tuam & déxteram tuam: de médio ſinu tuo in finem?
Deus autem Rex noſter ante ſæcula: operátus eſt ſalútem in médio terræ.
Tu confirmáſti in virtúte tua mare: contribuláſti cápita dracónum in aquis.
Tu confregíſti cápita dracónis: dedíſti eum eſcam pópulis Æthíopum.
Tu dirupíſti fontes, & torréntes: tu ſiccáſti flúuios Ethan.
Tuus eſt dies, & tua eſt nox: tu fabricátus es auróram, & Solem.
Tu fecíſti omnes términos terræ: æſtátem, & ver, tu plaſmáſti ea.
Memor eſto huius inimícus improperáuit Dómino: & pópulus inſípiens incitáuit nomen tuum.
Ne tradas béſtiis ánimas cõfiténtes tibi: & ánimas paúperũ tuórũ ne obliuiſcáris in finẽ.

Réſpice

Réspice in testaméntum tuum: quia replé- ti sunt, qui obscuráti sunt terræ, dómibus iniquitátum.

Ne auertátur húmilis factus confúsus: pau- per & inops laudábunt nomen tuum.

Exúrge Deus iúdica causam tuam: memor esto improperiórum tuórum; eórum, quæ ab insipiénte sunt tota die.

Ne obliuiscáris voces inimicórum tuórum: supérbia eórum, qui te odérunt ascéndit semper.

Psalmus 74.

Confitébimur tibi Deus: confitébimur, & inuocábimus nomen tuum.

Narrábimus mirabília tua: cum accépero tempus, ego iustítias iudicábo.

Liquefácta est terra, & omnes, qui hábitant in ea: ego confirmáui colúmnas eius.

Dixi iníquis, nolíte iníquè ágere: & delin- quéntibus, nolíte exaltáre cornu.

Nolíte extóllere in altum cornu vestrum: nolíte loqui aduérsus Deum iniquitátem.

Quia neque ab oriénte, neque ab occidénte


neque à deſértis móntibus : quóniam Deus iudex eſt.

Hunc humíliat, & hunc exáltat : quia calix in manu Dómini vini meri, plenus mixto.


Et inclináuit ex hoc in hoc : verúntamen fæx eius non eſt exinaníta ; bibent omnes peccatóres terræ.

Ego autem annuntiábo in ſǽculum : cantábo Deo Iacob.

Et ómnia córnua peccatórum confríngam : & exaltabúntur córnua iuſti.



Aña. Liberáſti virgam hæreditá tis tuæ.



Aña. Tu es Deus. ℣. Pſalmus 75.

NOtus in Iudǽa Deus : in Iſráel magnum nomen eius.

Et factus eſt in pace locus eius : & habitátio eius in Sion.

Ibi confrégit poténtias árcuum : ſcutum,

&

& gládium, & bellum.

Illúminans tu mirabíliter à móntibus ætérnis: turbáti ſunt omnes inſipiéntes corde.

Dormiérunt ſomnum ſuum: & nihil inuenérũt omnes viri diuitiárũ in mánibus ſuis.

Ab increpatióne tua Deus Iacob: dormitauérunt, qui aſcendérunt equos.

Tu terríbilis es, & quis reſíſtet tibi: ex tunc ira tua.

De cœlo audítum fecíſti iudícium: terra trémuit, & quiéuit.

Cùm exúrgeret in iudícium Deus: vt ſaluos fáceret omnes manſuétos terræ.

Quóniã cogitátio hóminis cõfitébitur tibi: & relíquiæ cogitatiónis diẽ feſtũ agent tibi.

Vouéte, & réddite Dómino Deo veſtro: omnes qui in circúitu eius affértis múnera.

Terríbili, & ei qui aufert ſpíritum príncipum: terríbili apud reges terræ.

Pſalmus 76.

VOce mea ad Dóminum clamáui: voce mea ad Deum, & inténdit mihi.

In die tribulatiónis meæ Deum exquisíui mánibus meis nocte contra eum: & non ſum decéptus.

Rénuit conſolári ánima mea: memor fui Dei, & delectátus ſum, & exercitátus ſum: & defécit ſpíritus meus.

Anticipauérunt vigílias óculi mei: turbátus ſum, & non ſum locútus.

Cogitáui dies antíquos: & annos ætérnos in mente hábui.

Et meditátus ſum nocte cum corde meo: & exercitábar, & ſcopébam ſpíritum meum.

Nunquid in ætérnum proiíciet Deus: aut non apponet, vt complacítior ſit adhuc?

Aut in finem miſericórdiam ſuam abſcíndet: à generatióne in generatiónem.

Aut obliuiſcétur miſeréri Deus: aut continébit in ira ſua miſericórdias ſuas?

Et dixi, nunc cœpi: hæc mutátio déxteræ Excélſi.

Memor fui óperum Dómini: quia memor ero ab inítio mirabílium tuórum.

Et meditábor in ómnibus opéribus tuis:& in adinuentiónibus tuis exercébor.

Deus inSāctovia tua: quisDeꝰ magnusſicut Deus noſter : tu es Deus qui facis mirabília.

Notam feciſti in pópulis virtútem tuam: redemíſti in bráchio tuo pópulum tuum; fílios Iacob & Ioſeph.

Vidérunt te aquæ Deus, vidérunt te aquæ, & timuérunt : & turbátæ ſunt abýſſi.

Multitúdo ſónitus aquárum : vocem dedérunt nubes.

Etenim ſagíttæ tuæ tránſeunt:vox tonítrui tui in rota.

Illuxérunt coruſcatiónes tuæ orbi terræ: commóta eſt, & contrémuit terra.

In mari via tua, & ſémitæ tuæ in aquis multis : & veſtígia tua non cognoſcéntur.

Deduxíſti ſicut oues pópulum tuum : in manu Móyſi, & Aaron.



Aña. Tu es Deus qui facis mirabília.



Añ a. Inclináte. iiij. Pſalmus 77.

ATténdite pópule meus legẽ meã: incli-náte aurem veſtrã in verba oris mei.

Apériam in parábolis os meum : loquar propoſitiónes ab inítio.

Quanta audíuimus, & cognóuimus ea: & patres noſtri narrauérunt nobis.

Non ſunt occultáta à fílijs eórum : in generatióne áltera.

Narrántes laudes Dómini, & virtútes eius: & mirabília eius quæ fecit.

Et ſuſcitáuit teſtimónium in Iacob: & legem póſuit in Iſráel.

Quanta mãdáuit pátribus noſtris nota fácere ea fíliis ſuis: vt cognóſcat generátio áltera.

Fílij, qui naſcéntur, & exúrgent: & narrábunt fíliis ſuis.

Vt ponant in Deo ſpem ſuam : & non obliuiſcántur óperum Dei: & mandáta eius exquírant.

Ne fiant ſicut patres eórum: generátio praua, & exáſperans.

Generátio, quæ non diréxit cor ſuum: & non eſt créditus cum Deo ſpíritus eius.

Fílij Ephrem intendéntes, mitténtes arcum: conuérſi ſunt in die belli.

Non cuſtodiérunt teſtaméntum Dei: & in lege eius noluérunt ambuláre.

Et oblíti ſunt benefactórum eius: & mirabílium eius, quæ oſténdit eis.

Coram pátribus eórum fecit mirabília in terra Ægýpti: in campo Táneos.

Interrúpit mare, & perdúxit eos: & ſtátuit aquas quaſi in vtre.

Et dedúxit eos in nube diéi: & tota nocte in illuminatióne ignis.

Interrúpit petram in éremo: & adaquáuit eos velut in abýſſo multa.

Et edúxit aquam de petra: & dedúxit tanquam flúmina aquas.

Et appoſuérunt adhuc peccáre ei: in iram excitauérunt excélſum in inaquóſo.

Et tentauérunt Deum in córdibus ſuis: vt péterent eſcas animábus ſuis.

Et malè locúti sũt de Deo: dixérũt, nũquid póterit Deus paráre menſam in deſérto?

Quóniam percúſsit petram, & fluxérunt aquæ: & torréntes inundauérunt.

Nunquid & panem póterit dare: aut paráre menſam pópulo ſuo.

Ideò audíuit Dóminus, & díſtulit: & ignis accénſus eſt in Iacob: & ira aſcéndit in Iſráel.

Quia non credidérunt in Deo: nec ſperauérunt in ſalutári eius.

Et mandáuit núbibus déſuper: & iánuas cœli apéruit.

Et pluit illis manna ad manducándum: & panem cœli dedit eis.

Panem Angelórum manducáuit homo: cibária miſit eis in abundántia.

Tránſtulit auſtrum de cœlo: & indúxit in virtúte ſua áfricum.

Et pluit ſuper eos, ſicut púluerem, carnes: & ſicut arénam maris volatília pennáta.

Et cecidérunt in médio castrórum eórum: circa tabernácula eórum.

Et manducauérunt, & saturáti sunt nimis, & desidérium eórum áttulit eis: non sunt fraudáti à desidério suo.

Adhuc escæ eórum erant in ore ipsórum: & ira Dei ascéndit super eos.

Et occídit pingues eórum: & eléctos Isráel impedíuit.

In ómnibus his peccauérunt adhuc: & non credidérunt in mirabílibus eius.

Et defecérunt in vanitáte dies eórum: & anni eórum cum festinatióne.

Cùm occíderet eos, quærébant eum: & reuertebántur, & dilúculo veniébant ad eum.

Et rememoráti sunt quia Deus adiútor est eórum: & Deus excélsus redémptor eórum est.

Diuisio.

ET dilexérunt eum in ore suo: & lingua sua mentíti sunt ei.

Cor autem eórum non erat rectum cum eo: nec fidéles hábiti sunt in testaménto eius.

Ipſe autem eſt miſéricors: & propítius fiet peccátis eórum: & non diſpérdet eos.

Et abundáuit, vt auérteret iram ſuam: & non accéndit omnem iram ſuam.

Et recordátus eſt, quia caro ſunt: ſpíritus vadens, & non rédiens.

Quóties exacerbauérunt eum in deſérto: in iram concitauérunt eum in inaquóſo.

Et conuérſi ſunt, & tentauérunt Deum: & Sanctum Iſráel exacerbauérunt.

Non ſunt recordáti manus eius: die qua redémit eos de manu tribulántis.

Sicut póſuit in Ægýpto ſigna ſua: & prodígia ſua in campo Táneos.

Et conuértit in ſánguinem flúmina eórum: & imbres eórum, ne bíberent.

Miſit in eos cœnómiam, & comédit eos: ranam, & diſpérdidit eos.

Et dedit ærúgini fructus eórum: & labóres eórum locúſtæ.

Et occídit in grándine víneas eórum: & moros eórum in pruína.

Et trádidit grándini iuménta eórum: & possessiónem eórum igni.

Misit in eos iram indignatiónis suæ: indignatiónem, & iram, & tribulatiónem: immissiónes per ángelos malos.

Viam fecit sémitæ iræ suæ, non pepércit à morte animábus eórum: & iuménta eórum in morte conclúsit.

Et percússit omne primogénitum in terra Ægýpti: primítias omnis labóris eórum in tabernáculis Cham.

Et ábstulit sicut oues pópulum suum: & perdúxit eos, tanquam gregem in desérto.

Et dedúxit eos in spe, & non timuérunt: & inimícos eórum opéruit mare.

Et indúxit eos in montem sanctificatiónis suæ: montem, quem acquisíuit déxtera eius.

Et eiécit à fácie eórum gentes: & sorte diuísit eis terram in funículo distributiónis.

Et habitáre fecit in tabernáculis eórum: tribus Israel.

Et tentauérunt, & exacerbauérũt Deum ex-

célſum:& teſtimónia eius nõ cuſtodiérunt.
Et auertérunt ſe, & non ſeruauérunt pactum: quemádmodum patres eórum conuérſi ſunt in arcum prauum.
In iram concitauérunt eum in cóllibus ſuis: & in ſculptílibus ſuis ad æmulatiónẽ eum prouocauérunt.
Audíuit Deus, & ſpreuit: & ad níhilum redégit valdè Iſráel.
Et répulit tabernáculum Sylo: tabernáculum ſuum, vbi habitáuit in homínibus.
Et trádidit in captiuitátem virtútẽ eórum: & pulchritúdinẽ eórum in manus inimíci.
Et conclúſit in gládio pópulum ſuum: & hæreditátem ſuam ſpreuit.
Iúuenes eórum comédit ignis: & vírgines eórum non ſunt laméntatæ.
Sacerdótes eórum in gládio cecidérunt: & víduæ eórum non plorabántur.
Et excitátus eſt tanquam dórmiens Dóminus: tanquam potens crapulátus à vino.
Et percúſsit inimícos ſuos in poſterióra: op-

pró brium ſempitérnum dedit illis.

Et répulit tabernáculum Ioſeph:& tribum Ephraim non elégit.


Sed elégit tribum Iuda : montem Sion, quem diléxit.

Et ædificáuit ſicut vnicórnium ſanctifícium ſuū, in terra, quam fundáuit in ſǽcula.

Et elégit Dauid ſeruum ſuum : & ſuſtúlit eum de grégibus óuium : de poſt fœtántes accépit eum.

Páſcere Iacob ſeruum ſuum:& Iſráel hæreditátem ſuam.

Et pauit eos in innocéntia cordis ſui : & in intelléctibus mánuū ſuárum dedúxit eos.



Aña. Inclináte aurem veſtram in verba



oris mei.



Aña. Propítius eſto.

Pſalmus 78.

DEus venérunt gentes in hæreditátem tuam? polluérunt templum ſanctum tuum: poſuérunt Hierúſalem in pomórum cuſtódiam.

Poſuérunt morticínia ſeruórum tuórum eſcas volatílibus cœli: carnes Sanctórum tuórum béſtiis terræ.

Effudérunt ſánguinem eórum, tanquam aquam, in circúitu Hierúſalem: & non erat qui ſepelíret.

Facti ſumus oppróbrium vicínis noſtris: ſubſannátio, & illúſio his, qui in circúitu noſtro ſunt.

Vſquéquo Dómine iraſcéris in finem: accendétur velut ignis zelus tuus?

Effúnde iram tuam in gentes, quæ te non nouérunt: & in regna, quæ nomen tuum non inuocauérunt.

Quia comedérunt Iacob: & locum eius deſolauérunt.

Ne memíneris iniquitátum noſtrárum an-

tiquárum

tiquárum: citò antícipent nos miſericórdiæ tuæ : quia páuperes facti ſumus nimis.

Adiuua nos Deus ſalutáris noſter: & propter glóriam nóminis tui Dómine líbera nos: & propítius eſto peccátis noſtris propter nomen tuum.

Ne fortè dicant in géntibus, vbi eſt Deus eórum: & innotéſcat in natiónibus coram óculis noſtris.

Vltio ſánguinis ſeruórum tuórum, qui effúſus eſt: intróeat in conſpéctu tuo gémitus compeditórum.

Secúndùm magnitúdinem bráchij tui: póſſide fílios mortificatórum.

Et redde vicínis noſtris ſéptuplum in ſinu eórum: impropérium ipſórum, quod exprobrauérunt tibi Dómine.

Nos autem pópulus tuus, & oues páſcuæ tuæ: confitébimur tibi in ſǽculum.

In generatióne, & generatiónem: annuntiábimus laudem tuam.



Aña. Propítius eſto peccátis noſtris Dn̄e.

℣. Deus in ſancto via tua. ℟. Quis Deus magnus ſicut Deus noſter. Benedictio. A d intelligénda ſua præcépta : apériat Dóminus corda noſtra. Lectio Sap. 3.

QVi confídunt in Dómino, intélligent veritátem : & fidéles in dilectióne acquiéſcent illi. Quóniam donum & pax eſt eléctis Dei. Tu autem.



℟. Confitébimur tibi Deus, Confitébimur




tibi.



℣. Et inuocábimus nomen tuum. Confi.

In ſecundo Nocturno.



Aña. Allelúia. In Quadrageſima.

Antiphona.



Aña. Exultáte. Pſalmus 79.

QVi regis Iſráel inténde: qui dedúcis, velut ouem, Ioſeph.

Qui ſedes ſuper Chérubin: manifeſtáre coram Effraim, Bénjamin, & Manáſſe.

Excita poténtiam tuam, & veni: vt ſaluos fácias nos.

Deus conuérte nos: & oſténde fáciem tuam, & ſalui érimus.

Dómine Deus virtútum: quoúſque iraſcéris ſuper oratiónem ſerui tui.

Cibábis nos pane lacrymárum: & potum dabis nobis in lácrymis in menſúra.

Poſuíſti nos in contradictiónem vicínis noſtris: & inimíci noſtri ſubſannauérũt nos.

Deus virtútum conuérte nos: & oſténde fáciem tuam, & ſalui érimus.

Víneam de Ægýpto tranſtulíſti: eiecíſti gentes, & plantáſti eam.

Dux itíneris fuíſti in conſpéctu eius: & plan-

tásti radíces eius, & impléuit terram.
Opéruit montes vmbra eius: & arbústa eius cedros Dei.
Exténdit pálmites suos vsque ad mare: & vsque ad flumen propágines eius.
Vt quid destruxísti macériã eius: & vindémiãt eã omnes, qui prætergrediúntur viam?
Extermináuit eam aper de sylua: & singuláris ferus depástus est eam.
Deus virtútum conuértere: réspice de cœlo, & vide, & vísita víneam istam.
Et pérfice eam, quam plantáuit déxtera tua: & super fíliũ hóminis quẽ confirmásti tibi.
Incénsa igni, & suffóssa: ab increpatióne vultus tui períbunt.
Fiat manus tua super virum déxteræ tuæ: & super fílium hóminis, quem confirmásti tibi.
Et non discédimus à te, viuificábis nos: & nomen tuum inuocábimus.
Dómine Deus virtútum conuérte nos: & osténde fáciem tuam, & salui érimus.

Pſalmus 80.

EXultáte Deo adiutóri noſtro : iubiláte Deo Iacob.

Súmite pſalmum , & date týmpanum: pſaltérium iucúndum cum cíthara.

Buccináte in Neoménia tuba:in inſígni die ſolemnitátis veſtræ.

Quia præcéptum in Iſráel eſt : & iudícium Deo Iacob.

Teſtimónium in Ioſeph póſuit illud , cùm exíret de terra Ægýpti:linguam,quam non nóuerat,audíuit.

Diuértit ab onéribus dorſum eius : manus eius in cóphino ſeruiérunt.

In tribulatióne inuocáſti me,& liberáui te: exaudíui te in abſcóndito tempeſtátis ; probáui te apud aquam contradictiónis.

Audi pópulus meus , & conteſtábor te: Iſráel ſi audíeris me , non erit in te Deus recens ; neque adorábis Deum aliénum.

Ego enim sũ Dñs Deus tuus,qui edúxi te de terra Ægýpti:diláta os tuũ,& implébo illud.

Et non audíuit pópulus meus vocẽ meam: & Iſráel non inténdit mihi.

Et dimíſi eos ſecúndùm deſidéria cordis eórum: ibunt in adinuentiónibus ſuis.

Si pópulus meus audíſſet me: Iſráel ſi in viis meis ambuláſſet.

Pro níhilo fórſitan inimícos eórum humiliáſſem: & ſuper tribulántes eos miſíſſem manum meam.

Inimíci Dómini mentíti ſunt ei: & erit temdus eórum in ſǽcula.

Et cibáuit eos ex ádipe fruménti: & de petra melle ſaturáuit eos. In Quadrageſima.

Añа.


Exultáte Deo adiutó ri noſtro.

Añа.


Tu ſolus Altíſsimus. j.

Pſalmus 81.

Deus ſtetit in Synagóga deórum: in médio autem deos diiúdicat.

Vſquequo iudicátis iniquitátem: & fácies peccatórum ſúmitis?

Iudicáte egéno, & pupíllo: húmilem & paúperem iuſtificáte.

Erípite paúperem: & egénum de manu peccatóris liberáte.

Neſciérunt, neque intellexérunt, in ténebris ámbulant: mouebúntur ómnia fundaménta terræ.

Ego dixi, dij eſtis, & fílij Excélſi omnes.

Vos autem ſicut hómines moriémini: & ſicut vnus de princípibus cadétis.

Surge Deus, iúdica terram: quóniam tu hæreditábis in ómnibus géntibus. Pſalm. 82.

DEus, quis ſímilis erit tibi: ne táceas, neque compeſcáris Deus.

Quóniam ecce inimíci tui ſonuérunt: & qui odérunt te, extulérunt caput.

Super pópulũ tuum malignauérunt conſílium: & cogitauérũt aduérſus Sanctos tuos.

Dixérunt, veníte, & diſperdámus eos de gẽte: & nõ memorétur nomen Iſráel vltra.

Quóniam cogitauérunt vnanímiter: ſimul aduérſum te teſtaméntum diſpoſuérunt; tabernácula Idumæórum, & Iſmaëlítæ.

Moab, & Agaréni, Gebal, & Amon, & Amalech: alienígenæ cum habitántibus Tyrum.

Etenim Aſſur venit cum illis: facti ſunt in adiutórium fíliis Loth.

Fac illis ſicut Mádian, & Síſaræ: ſicut Iabin in torrénte Cíſon.

Diſperiérunt in Endor: facti ſunt vt ſtercus terræ.

Pone Príncipes eórum ſicut Oreb: & Zeb, & Zébee, & Sálmana.

Omnes Príncipes eórum; qui dixérunt; hæreditáte poſsideámus ſanctuárium Dei.

Deus meus pone illos, vt rotam: & ſicut ſtípulam ante fáciem venti.

Sicut ignis, qui combúrit ſiluam: & ſicut flamma combúrens montes.

Ita perſequéris illos in tempeſtáte tua: & in ira tua turbábis eos.

Imple

Imple fácies eórum ignomínia:& quærent nomen tuum Dómine.

Erubéscant, & conturbéntur in sæculum sæculi: & confundántur, & péreant.

Et cognóscant, quia nomen tibi Dóminus: tu solus Altíssimus in omni terra.

In Quadragesima, Antiphona.



Aña. Tu solus Altíssim⁹ super omnẽ terrã.



Aña. Benedixísti. vj. Psalmus 83.

QVàm dilécta tabernácula tua, Dómine virtútum: concupíscit, & déficit ánima mea in átria Dómini.

Cor meum, & caro mea: exultauérunt in Deum viuum.

Etenim passer inuénit sibi domum: & turtur ni dum sibi, vbi ponat pullos suos.

Altária tua Dómine virtútum: Rex meus, & Deus meus.

Beáti, qui hábitant in domo tua Dómine: in sǽcula sæculórum laudábunt te.

Beátus vir, cuius eſt auxílium abs te; aſcenſiónes in corde ſuo diſpóſuit in valle lacrymárum: in loco quem póſuit.

Etenim benedictiónem dabit legiſlátor: ibunt de virtúte in virtútem: vidébitur Deus deórum in Sion.

Dómine Deus virtútum exaúdi oratiónem meam: aúribus pércipe Deus Iacob.

Protéctor noſter áſpice Deus: & réſpice in fáciem Chriſti tui.

Quia mélior eſt dies vna in átriis tuis: ſuper míllia.

Elégi abiéctus eſſe in domo Dei mei: magis quàm habitáre in tabernáculis peccatórum.

Quia miſericórdiam, & veritátem díligit Deus: grátiam, & glóriam dabit Dóminus.

Non priuábit bonis eos, qui ámbulant in innocéntia: Dómine virtútum, beátus homo, qui ſperat in te.

In ſecundo Nocturno.

Pſalmus 84.

BEnedixíſti Dómine terram tuam: auertíſti captiuitátem Iacob.

Remiſíſti iniquitátem plebis tuæ: operuíſti ómnia peccáta eórum.

Mitigáſti omnem iram tuam: auertíſti ab ira indignatiónis tuæ.

Conuérte nos Deus, Salutáris noſter: & auérte iram tuam à nobis.

Nunquid in ætérnum iraſcéris nobis: aut exténdes iram tuam à generatióne in generatiónem.

Deus tu conuérſus viuificábis nos: & plebs tua lætábitur in te.

Oſténde nobis Dómine miſericórdiam tuam: & Salutáre tuum da nobis.

Aúdiã quid loquátur in me Dóminus Deus: quóniam loquétur pacem in plebem ſuam.

Et ſuper Sanctos ſuos: & in eos, qui conuertúntur ad cor.

Verúntamen prope timéntes eum Salutáre ipſíus: vt inhábitet glória in terra noſtra.

Miſericórdia, & véritas obuiauérunt ſibi: iuſtítia, & pax oſculátæ ſunt.

Véritas de terra orta eſt: & iuſtítia de cœlo proſpéxit.

Etenim Dóminus dabit benignitátem: & terra noſtra dabit fructum ſuum.

Iuſtítia ante eum ambulábit: & ponet in via greſſus ſuos.

Aña. Allelúia. iij. Capitulum. Vigiláte.


℣. Beáti, qui hábitant in domo tua Dómine. In ſǽcula ſæculórum laudábunt te.

Collecta. Salua nos. In Quadrageſima.



Aña. Benedixíſti Dómine terram tuam.

In Laudibus. Pſalmus. Miſerére. Pſalmus. Dómine Deus ſalútis. Pſalmus. Dómine refúgium. Canticum. Cantémus Dómino. Pſalmus. Laudáte Dóminum.



Aña. Tibi ſoli peccáui Dñe miſeré. mei.

Capitulum.

Capitulum. Nox præcéſsit.



℟. Dómine refúgium. Tu factus es nobis.




℣. A generatióne in generatiónem. Tu.

Hymnus. Splendor. ℣. Repléti ſumus manè miſericórdia tua. Et exultáuimus, & delectáti ſumus. Ad Benedictus, Antiphona.



Ad dandam ſciéntiam plebi tuæ Dómine



in remiſsiónem peccatórũ eórum.

Feria ſexta, Inuitatorium.



Dóminum qui fecit nos. Veníte, adorémꝰ.

Pſalm. Veníte. Hymnus. Ætérne rerum.

In primo Nocturno.



Aña. Inclína Dómine. ij.

Pſalmus 85.

INclína Dómine aurem tuam, & exaúdi me: quóniam inops, & pauper ſum ego.

Cuſtódi ánimam meam, quóniam ſanctus ſum: ſaluum fac ſeruum tuum Deus meus ſperántem in te.

Miſerére mei Dómine, quóniam ad te clamáui tota die: lætífica ánimam ſerui tui; quóniam ad te Dómine, ánimam meam leuáui.

Quóniã tu Dómine, ſuáuis, & mitis: & multæ miſericórdiæ ómnibus inuocántibus te.

Aúribus pércipe Dómine oratiónẽ meam: & inténde voci deprecatiónis meæ.

In die tribulatiónis meæ clamáui ad te: quia exaudíſti me.

Non eſt ſímilis tui in dijs Dómine: & non eſt ſecúndùm ópera tua.

Omnes gentes, quaſcúnque fecíſti, vénient, & adorábunt coram te Dómine: & glorificábunt nomen tuum.

Quóniam magnus es tu, & fáciens mirabília: tu es Deus ſolus.

Deduc me Dómine in via tua : & ingrédiar in veritáte tua: lætétur cor meum, vt tímeat nomen tuum.

Confitébor tibi Dómine Deus meus in toto corde meo : & glorificábo nomen tuum in ætérnum.

Quia misericórdia tua magna est super me: & eruísti ánimã meam ex inférno inferióri.

Deus iníqui insurrexérunt super me, & synagóga poténtiũ quæsiérunt ánimã meam: & non proposuérunt te in conspéctu suo.

Et tu Dómine Deus miserátor, & miséricors: pátiẽs, & multæ misericórdiæ, & verax.

Réspice in me, & miserére mei : da impérium tuum púero tuo: & saluum fac fílium ancíllæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum : vt vídeant, qui odérunt me, & confundántur: quóniam tu Dómine adiuuísti me, & consolátus es me.

Psalmus 86.

FVndaménta eius in móntibus Sanctis: díligit Dóminus portas Sion super óm-

nia tabernácula Iacob.

Glorióſa dicta ſunt de te : ciuitas Dei.


Memor ero Rahab , & Babylónis : ſciéntium me.

Ecce alienígenæ , & Tyrus , & pópulus Æthíopum : hi fuérunt illic.

Nunquid Siõ dicet ; homo , & homo natus eſt in ea : & ipſe fundáuit eam Altíſſimus?

Dóminus narrábit in ſcriptúris populórum ; & príncipum : horum, qui fuérũt in ea.

Sicut lætántiũ ómnium : habitátio eſt in te.



Aña. Inclína Dómine aurem tuam , &



exáudi me.



Aña. Benedíctus. vj. Pſalmus 87.

DOmine Deus ſalútis meæ : in die clamáui , & nocte coram te.

Intret in conſpéctu tuo orátio mea : inclína

aurem

aurem tuam ad precem meam.

Quia repléta eſt malis ánima mea: & vita mea inférno appropinquáuit.

Æſtimátus ſum cum deſcendéntibus in lacum: factus ſum ſicut homo ſine adiutório, inter mórtuos liber.

Sicut vulneráti dormiéntes in ſepúlchris, quorum non eſt memor ámpliùs: & ipſi de manu tua repúlſi ſunt.

Poſuérunt me in lacu inferióri: in tenebróſis, & in vmbra mortis.

Super me confirmátus eſt furor tuus: & omnes fluctus tuos induxíſti ſuper me.

Longè fecíſti notos meos à me: poſuérunt me abominatiónem ſibi.

Tráditus ſum, & non egrediébar: óculi mei languérunt præ inópia.

Clamáui ad te Dómine, tota die: expándi ad te manus meas.

Nunquid mórtuis fácies mirabília: aut médici ſuſcitábunt, & confitebúntur tibi?

Nunquid narrábit áliquis in ſepúlchro mi-

ſericórdiam tuam : & veritátem tuam in perditióne?

Numquid cognoſcéntur in ténebris mirabília tua : & iuſtítia tua in terra obliuiónis?

Et ego ad te Dómine clamáui:& manè orátio mea præuéniet te.

Vt quid Dómine repéllis oratiónẽ meam: auértis fáciem tuam à me?

Pauper ſum ego, & in labóribus à iuuentúte mea : exaltátus autem humiliátus ſum,& conturbátus.

In me tranſiérunt iræ tuæ : & terróres tui conturbauérunt me.

Circundedérunt me, ſicut aqua, tota die: circundedérunt me ſimul.

Elongáſti à me amícum, & próximum : & notos meos à miſéria.

Pſalmus 88.

MIſericórdias Dómini : in ætérnum cantábo.

In generatiónem, & generatiónem:annuntiábo veritátem tuam in ore meo.

Quóniam dixíſti, In ætérnum miſericór-

dia

dia ædificábitur in cœlis: præparábitur véritas tua in eis.

Dispósui testaméntum eléctis meis, iurávi Dauid seruo meo: vsque in ætérnum præparábo semen tuum.

Et ædificábo in generatiónem, & generatiónem: sedem tuam.

Confitebúntur cœli mirabília tua Dómine: étenim veritátē tuā in Ecclésia sanctórum.

Quóniam quis in núbibus æquábitur Dómino: símilis erit Deo in fíliis Dei?

Deus, qui glorificátur in consílio Sanctórum: magnus & terríbilis super omnes, qui in circúitu eius sunt.

Dómine Deus virtútū, quis símilis tibi: potens es Dómine, & véritas tua in circúitu tuo.

Tu domináris potestáti maris: motum autem flúctuum eius tu mítigas.

Tu humiliásti sicut vulnerátum supérbum: in bráchio virtútis tuæ dispersísti inimícos tuos.

Tui sunt cœli, & tua est terra, orbem ter-

ræ, & plenitúdinem eius tu fundásti: aquilónem, & mare tu creásti.

Thabor, & Hermon in nómine tuo exultábunt: tuum bráchium cum poténtia.

Firmétur manus tua, & exaltétur déxtera tua: iustítia, & iudíciũ præparátio sedis tuæ.

Misericórdia, & véritas præcédent fáciem tuam: beátus pópulus qui scit iubilatiónem.

Dómine in lúmine vltus tui ambulábunt: & in nómine tuo exultábunt tota die: & in iustítia tua exaltabúntur.

Quóniam glória virtútis eórum tu es: & in beneplácito tuo exaltábitur cornu nostrũ.

Quia Dómini est assúmptio nostra: & sancti Isráel Regis nostri. Diuisio.

TVnc locútus es in visióne Sanctis tuis: & dixísti: pósui adiutórium in poténte: & exaltáui eléctum de plebe mea.

Inuéni Dauid seruum meum: óleo sancto meo vnxi eum.

Manus enim mea auxiliábitur ei: & bráchium meum confortábit eum.

Nihil profíciet inimícus in eo: & fílius iniquitátis non appónet nocére ei.

Et concídam à fácie ipsíus inimícos eius: & odiéntes eum in fugam conuértam.

Et véritas mea, & misericórdia mea cum ipso: & in nómine meo exaltábitur cornu eius.

Et ponam in mari manum eius: & in flumínibus déxteram eius.

Ipse inuocáuit me, pater meus es tu: Deus meus, & suscéptor salútis meæ.

Et ego primogénitum ponam illum: excélsum præ régibus terræ.

In ætérnum seruábo illi misericórdiam meam: & testaméntum meum fidéle ipsi.

Et ponam in sæculum sæculi semen eius: & thronum eius sicut dies cœli.

Si autem derelíquerint fílij eius legem meã: & in iudíciis meis non ambuláuerint.

Si iustítias meas prophanáuerint: & mandáta mea non custodiérint.

Visitábo in virga iniquitátes eórum: & in verbéribus peccáta eórum.

Miſericórdiam autem meam non diſpérgam ab eo : neque nocébo in veritáte mea.

Neque prophanábo teſtaméntum meum: & quæ procédunt de lábiis meis non fáciam írrita.

Semel iuráui in Sancto meo, ſi Dauid méntiar : ſemen eius in ætérnum manébit.

Et thronus eius ſicut Sol in conſpéctu meo : & ſicut luna perfécta in ætérnum : & teſtis in cœlo fidélis.

Tu veró repuliſti, & deſpexíſti : diſtulíſti Chriſtum tuum.

Euertíſti teſtaméntum ſerui tui : prophanáſti in terra ſanctuárium eius.

Deſtruxíſti omnes ſepes eius: poſuíſti firmaméntum eius formídinem.

Diripuérũt eum omnes tranſeúntes viam: factus eſt oppróbrium vicínis ſuis.

Exaltáſti déxteram depriméntium eum: lætificáſti omnes inimícos eius.

Auertíſti adiutórium gládij eius : & non es auxiliátus ei in bello.

Deſtruxíſti eum ab emundatióne: & ſedem eius in terra colliſiſti.

Minoráſti dies témporis eius: perfudíſti eum confuſióne.

Vſquequo Dómine auértis in finem: exardéſcet ſicut ignis ira tua?

Memoráre, quæ mea ſubſtántia: nunquid enim vanè cõſtituíſti omnes fílios hóminũ?

Quis eſt homo, qui viuet, & non vidébit mortem: éruet ánimam ſuã de manu ínferi?

Vbi ſunt miſericórdiæ tuæ antíquæ Dómine: ſicut iuráſti Dauid in veritáte tua?

Memor eſto Dómine oppróbrij ſeruórum tuórum: quod contínui in ſinu meo multárum géntium.

Quod exprobrauérunt inimíci tui Dómine: quod exprobrauérunt commutatiónem Chriſti tui.

Benedíctus Dóminus in ætérnum: fiat, fiat.



Aña. Benedíctus Dóminus in ætérnum.



Aña. Exaltáre. viij. Pſalmus 89.

DOmine refúgium factus es nobis: à generatióne in generatiónem.

Priúſquam montes fíerent, aut formarétur terra, & orbis: à ſæculo, & vſque in ſæculum tu es Deus.

Ne auértas hóminem in humilitátem: & dixíſti, conuertímini fílij hóminum.

Quóniam mille anni ante óculos tuos: tanquam dies heſtérna, quæ prætériit.

Et cuſtódia in nocte: quæ pro níhilo habéntur, eórum anni erunt.

Manè ſicut herba tránſeat: manè flóreat, & tránſeat: véſperè décidat, indúret, & aréſcat.

Quia defécimus in ira tua: & in furóre tuo turbáti ſumus.

Poſuíſti iniquitátes noſtras in cõſpéctu tuo: ſæculũ noſtrũ in illuminatióne vultus tui.

Quóniam omnes dies noſtri defecérunt: & in ira tua defécimus.

Anni noſtri ſicut aránea meditabúntur: dies annórum noſtrórum in ipſis ſeptuagínta anni.

Si autem in potentátibus octogínta anni:& ámplius eórum labor, & dolor.

Quóniam ſupéruenit manſuetúdo: & corripiémur.

Quis nouit poteſtátem iræ tuæ: & præ timóre tuo iram tuam dinumeráre?

Déxteram tuam ſic notam fac: & erudítos corde in ſapiéntia.

Conuértere Dómine vſquequo: & deprecábilis eſto ſuper ſeruos tuos.

Repléti ſumus manè miſericórdia tua: & exultáuimus, & delectáti ſumus ómnibus diébus noſtris.

Lætáti ſumus pro diébus, quibus nos humiliáſti: annis quibus vídimus mala.

Réſpice in ſeruos tuos, & in ópera tua: & dírige fílios eórum.

Et ſit ſplẽdor Dómini Dei noſtri ſuper nos: & ópera mánuum noſtrárum dírige ſuper

nos: & opus mánuum nostrárum dírige.

Psalmus 90.

QVi hábitat in adiutório altíssimi: in protectióne Dei cœli commorábitur.

Dicet Dómino suscéptor meus es tu: & refúgium meum: Deus meus sperábo in eum.

Quóniam ipse liberáuit me de láqueo venántium: & à verbo áspero.

Scápulis suis obumbrábit tibi: & sub pennis eius sperábis.

Scuto circúndabit te véritas eius: non timébis à timóre noctúrno.

A sagítta volánte in die à negótio perambulánte in ténebris: ab incúrsu, & dæmónio meridiáno.

Cadent à látere tuo mille & decem míllia à dextris tuis: ad te autẽ nõ appropinquábit.

Verúntamen óculis tuis considerábis: & retributiónem peccatórum vidébis.

Quóniam tu es Dómine spes mea: altíssimum posuísti refúgium tuum.

Non accédet ad te malum: & flagéllum non

appropinquábit tabernáculo tuo.

Quóniam Angelis ſuis mandáuit de te: vt cuſtódiant te in ómnibus viis tuis.

In mánibus portábunt te: ne fortè offéndas ad lápidem pedem tuum.

Super áſpidem, & baſilíſcum ambulábis: & conculcábis leónem, & dracónem.

Quóniam in me ſperáuit, liberábo eũ: prótegam eũ quóniam cognóuit nomẽ meum.

Clamábit ad me, & ego exáudiam eum: cum ipſo ſum in tribulatióne: erípiam eum, & glorificábo eum.

Longitúdine diérũ replébo eum: & oſténdam illi ſalutáre meum.

Pſalmus 91.

BOnum eſt confitéri Dómino: & pſállere nómini tuo, Altíſsime.

Ad annuntiándum manè miſericórdiam tuam: & veritátem tuam per noctem.

In decachórdo pſaltério: cũ cãtico in cíthara.

Quia delectáſti me Dómine in factúra tua: & in opéribus mánuum tuárum exultábo.

Quàm magnificáta ſunt ópera tua Dómine:

nimis profúndæ factæ sũt cogitatiónes tuæ.
Vir insípiens non cognóscet:& stultus non intélliget hæc.
Cùm exórti fúerint peccatóres sicut fœnum: & apparúerint omnes,qui operántur iniquitátem.
Vt intéreant in sæculum sæculi: tu autem Altíssimus in ætérnum, Dómine.
Quóniam ecce inimíci tui Dómine: quóniam ecce inimíci tui períbunt: & dispergéntur omnes, qui operántur iniquitátem.
Et exaltábitur, sicut vnicórnis, cornu meũ:& senéctus mea in misericórdia vberi.
Et despéxit óculus meus inimícos meos:& in insurgéntibus in me malignántibus aúdiet auris mea.
Iustus, vt palma florébit:sicut cedrus Líbani multiplicábitur.
Plantáti in domo Dómini: in átriis domus Dei nostri florébunt.
Adhuc multiplicabúntur in senécta vberi: & benè patiéntes erunt vt annúntient.

Quóniam rectus Dóminus Deus noster: & non est iníquitas in eo. Psalmus 92.

DOminus regnáuit, decórem indútus est: indútus est Dóminus fortitúdinem, & præcínxit se.

Etenim firmáuit orbem terræ: qui non commouébitur.

Paráta sedes tua ex tunc: à sǽculo tu es.

Eleuauérunt flúmina, Dómine: eleuauérunt flúmina vocem suam.

Eleuauérunt flúmina fluctus suos: à vócibus aquárum multárum.

Mirábiles elatiónes maris: mirábilis in altis Dóminus.

Testimónia tua credibília facta sunt nimis: domum tuam decet sanctitúdo (Dómine) in longitúdinem diérum.

Psalmus 93.

DEus vltiónum Dóminus: Deus vltiónum líberè egit.

Exaltáre, qui iúdicas terram: redde retributiónem supérbis.

V ſquequo peccatóres Dómine : vſquequo peccatóres gloriabúntur?

E ffabúntur, & loquéntur ~~omnes, qui operántur~~ iniquitátem : loquéntur omnes, qui operántur iniuſtítiam.

P ópulum tuum Dómine humiliauérunt: & hereditátem tuam vexauérunt.

V íduam, & áduenam interfecérunt: & pupíllos occidérunt.

E t dixérunt non vidébit Dóminus : nec intélliget Deus Iacob.

I ntellígite inſipiéntes in pópulo : & ſtulti aliquándo ſápite.

Qui plantáuit aurem, non áudiet : aut qui finxit óculum, non conſíderat?

Qui córripit gentes, non árguet : qui docet hóminem ſciéntiam.

D óminus ſcit cogitatiónes hóminum: quóniam vanæ ſunt.

B eátus homo, quem tu erudíeris Dómine: & de lege tua docúeris eum.

V t mítiges ei à diébus malis : donec fodiá-

tur peccatóri fóuea.

Quia non repéllet Dóminus plebem ſuam: & hæreditátem ſuam non derelínquet.

Quoadúſque iuſtítia conuertátur in iudícium: & qui iuxta illam omnes, qui recto ſunt corde.

Quis conſúrget mihi aduérſus malignántes? aut quis ſtabit mecum aduérſus operántes iniquitátem?

Niſi quia Dóminus adiúuit me: paulóminus habitáſſet in inférno ánima mea.

Si dicébam, motus eſt pes meus: miſericórdia tua Dómine adiuuábat me.

Secúndùm multitúdinem dolórum meórum in corde meo: conſolatiónes tuæ lætificauérunt ánimam meam.

Numquid adhǽret tibi ſedes iniquitátis: qui fingis labórem in præcépto?

Captábunt in ánimam iuſti: & ſánguinem innocéntem condemnábunt.

Et factus eſt mihi Dóminus in refúgium: & Deus meus in adiutórium ſpei meæ.

Et reddet illis iniquitátem ipsórum: & in malítia eórum dispérdet eos; dispérdet illos Dóminus Deus noster.



Aña. Exaltáre qui iúdicas terram.


℣. Beátus homo, quem tu erudíeris Dómine. Et de lege tua docúeris eum.

Benedictio. Spíritus Sancti grátia illumináre dignetur corda nostra. Lectio.

BEnígnus est enim Spíritus sapiéntiæ: & non liberábit maledíctum à lábiis suis. Quóniam renum illíus testis est Deus: & cordis eius scrutátor est verus: & linguæ illíus audítor. Quóniam spíritus Dómini replévit orbem terrárum: & hoc, quod cóntinet ómnia sciéntiã habet vocis. Tu autem.



℟. Misericórdias Dñi. In ætérnũ cantábo.



℣. In generatiónem & generatiónem. In.

Aña.



Allelúia. In Quadrageſima.

Aña.



Cantáte Dómino. ij.

Pſalmus 94. dicitur loco inuitatorij à feſto Trinitatis vſque ad feſtum omnium Sanctorum, exceptis diebus Dominicis & feſtis xij. Lectionum.

VEníte, exultémus Dómino: iubilémus Deo ſalutári noſtro.

Præoccupémus fáciem eius in confeſsióne: & in pſalmis iubilémus ei.

Quóniam Deus magnus Dóminus: & Rex magnus ſuper omnes Deos.

Quia in manu eius ſunt omnes fines terræ: & altitúdines móntium ipſíus ſunt.

Quóniam ipſíus eſt mare, & ipſe fecit illud: & ſiccam manus eius formauérunt.

Veníte, adorémus, & procidámus, & ploré-

mus ante Dóminum, qui fecit nos: quia ipse est Dóminus Deus noster.

Et nos pópulus páscuæ eius ‡ & oues manus eius: hódie si vocem eius audiéritis, nolíte obduráre corda vestra.

Sicut in irritatióne ‡ secúndùm diem tentatiónis in desérto: *

Vbi tentauérunt me patres vestri ‡ probauérunt, & vidérunt ópera mea.

Quadragínta annis offénsus fui generatióni illi: & dixi, semper hi errant corde.

Et isti non cognouérunt vias meas: vt iuráui in ira mea, si introíbūt in réquiem meam.

Psalmus 95.

CAntáte Dómino cánticum nouum: cantáte Dómino omnis terra.

Cantáte Dómino, & benedícite nómini eius: annuntiáte de die in diem Salutáre eius.

Annunciáte inter gentes glóriam eius: in ómnibus pópulis mirabília eius.

Quóniam magnus Dóminus, & laudábilis nimis: terríbilis est super omnes deos.

Quóniam omnes dij géntium dæmónia: Dóminus autem cœlos fecit.

Confeſsio, & pulchritúdo in conſpéctu eius: ſanctimónia, & magnificéntia in ſanctificatióne eius.

Afférte Dómino pátriæ géntium: afférte Dómino glóriam & honórem: afférte Dómino glóriam nómini eius.

Tóllite hóſtias, & introíte in átria eius: adoráte Dóminum in átrio ſancto eius.

Commoueátur à fácie eius vniuérſa terra: dícite in géntibus, quia Dóminus regnáuit.

Etenim corréxit orbem terræ, qui non commouébitur: iudicábit pópulos in æquitáte.

Læténtur cœli, & exúltet terra: commoueátur mare, & plenitúdo eius: gaudébunt campi, & ómnia quæ in eis ſunt.

Tunc exultábunt ómnia ligna ſyluárum à fácie Dómini, quia venit: quóniam venit iudicáre terram.

Iudicábit orbem terræ in æquitáte: & pópulos in veritáte ſua.

Pſalmus 96.

DOminus regnáuit, exúltet terra: lætén-tur ínſulæ multæ.

Nubes, & calígo in circúitu eius: iuſtítia & iudícium corréctio ſedis eius.

Ignis ante ipſum præcédet: & inflammábit in circúitu inimícos eius.

Illuxérunt fúlgura eius orbi terræ: vidit, & commóta eſt terra.

Montes, ſicut cera, fluxérunt à fácie Dómi-ni: à fácie Dómini omnis terra.

Annunciauérunt cœli iuſtítiam eius: & vi-dérunt omnes pópuli glóriam eius.

Confundántur omnes, qui adórant ſculptí-lia: & qui gloriántur in ſimulácris ſuis.

Adoráte eum omnes Angeli eius: audíuit, & lætáta eſt Sion.

Et exultauérunt fíliæ Iudæ: propter iudí-cia tua Dómine.

Quóniam tu Dóminus altíſsimus ſuper omnem terram: nimis exaltátus es ſuper omnes Deos.


Qui

Qui diligitis Dóminum odíte malum: cuſtódit Dóminus ánimas ſanctórum ſuórum: de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta eſt iuſto: & rectis corde lætítia.

Lætámini iuſti in Dómino: & confitémini memóriæ ſanctificatiónis eius.

In Quadrageſima, Antiphona.



Cantáte Dómino, & benedícite nómini eius.



Aña. Quia mirabília. j. Pſalmus 97.

CAntáte Dómino cánticum nouum: quia mirabília fecit.

Saluáuit ſibi déxtera eius: & bráchium ſanctum eius.

Notum fecit Dóminus ſalutáre ſuum: in conſpéctu géntium reueláuit iuſtítiã ſuam.

Recordátus eſt miſericórdiæ ſuæ: & veritátis ſuæ, dómui Iſráel.

Vidérunt omnes términi terræ: ſalutáre Dei noſtri.

Iubiláte Deo omnis terra: cantáte & exultáte & psállite.

Psállite Dómino in cíthara, in cíthara, & voce psalmi: in tubis ductílibus, & voce tubæ córneæ.

Iubiláte in conspéctu Regis Dómini: moueátur mare, & plenitúdo eius: orbis terrárum, & qui hábitant in eo.

Flúmina plaudent manu, simul montes exultábunt à conspéctu Dómini: quóniam venit iudicáre terram

Iudicábit orbem terrárum in iustítia: & pópulos in æquitáte. Psalmus 98.

DOmin⁹ regnáuit irascãtur pópuli: qui sedes super Chérubim, moueátur terra.

Dóminus in Sion, magnus: & excélsus super omnes pópulos.

Confiteántur nómini tuo magno: quóniam terríbile, & sanctum est: & honor Regis iudícium díligit.

Tu parásti directiónes: iudícium, & iustítiam in Iacob tu fecísti.

Exaltáte

Exaltáte Dóminum Deum noſtrum: & adoráte ſcabéllum pedum eius; quóniam ſanctum eſt.

Moyſes, & Aaron in ſacerdótibus eius: & Sámuel inter eos, qui ínuocant nomen eius.

Inuocábunt Dóminum, & ipſe exaudiébat eos: in colúmna nubis loquebátur ad eos.

Cuſtodiébant teſtimónia eius: & præcéptum, quod dedit illis.

Dómine Deus noſter tu exaudiébas eos: Deus tu propítius fuíſti eis: & vlcíſcens in omnes adinuentiónes eórum.

Exaltáte Dóminum Deum noſtrum: & adoráte in monte ſancto eius: quóniam ſanctus Dóminus Deus noſter.

In Quadrageſima.



Aña. Quia mirabília fecit Dóminus. j.



Aña. Iubiláte. vj.

Pſalmus 99.

IVbiláte Deo omnis terra: ſeruíte Dómino in lætítia.

Introíte in conſpéctu eius: in exultatióne.

Scitóte, quóniam Dóminus ipſe eſt Deus: ipſe fecit nos, & non ipſi nos.

Pópulus eius, & oues páſcuæ eius: introíte portas eius in confeſsióne: átria eius in hymnis confitémini illi.

Laudáte nomen eius, quóniam ſuáuis eſt Dóminus: in ætérnum miſericórdia eius: & vſque in generatiónem, & generatiónem véritas eius.

Pſalmus 100.

MIſericórdiam & iudícium: cantábo tibi Dómine.

Pſallam, & intélligam in via immaculáta: quando vénies ad me.

Perambulábam in innocéntia cordis mei: in médio domus meæ.

Non proponébam ante óculos meos rem iniúſtam: faciéntes præuaricatiónes odíui.

Non adhæſit mihi cor prauum: declinán-

tem à me malígnum non cognoſcébam.

Detrahéntem ſecrétò próximo ſuo: hunc perſequébar.

Supérbo óculo, & inſatiábili corde: cum hoc non edébam.

Oculi mei ad fidéles terræ, vt ſédeant mecum: ámbulans in via immaculáta, hic mihi miniſtrábat.

Non habitábit in médio domus meæ, qui facit ſupérbiam: qui lóquitur iníqua non diréxit in conſpéctu oculórum meórum.

In matutíno interficiébam omnes peccatóres terræ: vt diſpérderem de ciuitáte Dómini omnes operántes iniquitátem.

Antiphona. Allelúia. iij. Capitulum. Vigiláte. ℣. Dóminus in Sion magnus. Et excélſus ſuper omnes pópulos. Collecta. Salua nos.

In Quadrageſima, Antiphona.




Iubiláte Dómino omnis terra. In Laud.

Pſalmus. Miſerére mei Deus ſecúndùm. Pſalm. Notus in Iudǽa. Pſalmus. Bonum eſt confite. Canticum. Dómine audíui audi. Pſalmus. Laudáte Dóminum.




Aña. Spíritu principáli cõfírma cor meum



Deus. Capitulum. Nox præcéſsit.



℟. Ad annũtiándum manè miſericórdiam



tuam. ℣. Et veritátem tuam per no-



ctem. Miſericórdiam. Hymnus. Splẽdor. ℣. Repléti ſumus.

Ad Benedictus, Antiphona.



Per víſcera miſericórdiæ Dei noſtri viſitá-

uit



uit nos óriens ex alto.

Sabbato, Inuitatorium.



Dóminum Deum noſtrum. Veníte a-



dorémus. Pſalmus. Veníte.

Hymnus Æ térne rerum. In j. Nocturno.



Aña. Clamor meus. j. Pſalmus 101.

DOmine exáudi oratiónem meam: & clamor meus ad te véniat.

Non auértas fáciem tuam à me: in quacúnque die tríbulor, ínclina ad me aurem tuam.

In quacúnque die inuocáuero te: velóciter exáudi me.

Quia defecérunt ſicut fumus dies mei: & oſſa mea ſicut crémium aruérunt.

Percúſſus ſum vt fœnum, & áruit cor

meum: quia oblítus ſum comédere panem meum.

A voce gémitus mei: adhǽſit os meum carni meæ.

Símilis factus ſum pellicáno ſolitúdinis: & factus ſum ſicut nycticorax in domícilio.

Vigiláui: & factus ſum, ſicut paſſer ſolitárius in tecto.

Tota die exprobrábant mihi inimíci mei: & qui laudábãt me, aduérſum me iurábant.

Quia cínerem tanquam panem manducábam: & potum meum cum fletu miſcébam.

A fácie iræ indignatiónis tuæ: quia éleuans alliſíſti me.

Dies mei ſicut vmbra declinauérunt: & ego ſicut fœnum árui.

Tu autem Dómine in ætérnum pérmanes: & memoriále tuum in generatiónem & generatiónem.

Tu exúrgens miſeréberis Sion: quia tempus miſeréndi eius, quia venit tempus.

Quóniã placuérunt ſeruis tuis lápides eius:

&

& terræ eius miſerebúntur.
Et timébunt gentes nomen tuum Dómine : & omnes reges terræ glóriam tuam.
Quia ædificáuit Dóminus Sion : & vidébitur in glória ſua.
Reſpéxit in oratiónem humílium : & non ſpreuit precem eórum.
Scribántur hæc in generatióne áltera:& pópulus, qui creábitur laudábit Dóminum.
Quia proſpéxit de excélſo ſancto ſuo : Dóminus de cœlo in terram aſpéxit.
Vt audíret gémitus compeditórum: vt ſólueret fílios interemptórum.
Vt annúncient in Sion nomen Dómini : & laudem eius in Hierúſalem.
In conueniéndo pópulos in vnum:& reges vt ſéruiant Dómino.
Reſpóndit ei in via virtútis ſuæ:paucitátem diérum meórum núntia mihi.
Ne réuoces me in dimídio diérũ meórum: in generatiónem,& generatiónem anni tui.
Inítio tu Dómine terram fundáſti:& ópera

mánuum tuárum ſunt cœli.
Ipſi perîbunt tu autem pérmanes: & omnes ſicut veſtiméntum veteráſcent.
Et ſicut opertórium mutábis eos, & mutabúntur: tu autem idem ipſe es, & anni tui non defícient.
Fílij ſeruórum tuórum habitábũt: & ſemen eórum in ſǽculum dirigétur. Pſalmus 102.
BEnedic ánima mea Dómino: & ómnia quæ intra me ſunt nómini ſancto eius.
Bénedic ánima mea Dómino: & noli obliuíſci omnes retributiónes eius.
Qui propitiátur ómnibus iniquitátibus tuis: qui ſanat omnes infirmitátes tuas.
Qui rédimit de intéritu vitam tuam: qui corónat te in miſericórdia, & miſeratiónibus.
Qui replet in bonis deſidérium tuum: renouábitur, vt áquilæ iuuéntus tua.
Fáciens miſericórdias Dóminus: & iudícium ómnibus iniúriam patiéntibus.
Notas fecit vias ſuas Móyſi: fílijs Iſráël voluntátes ſuas.

Miserátor, & misericors Dóminus: longánimis, & multum misericors.

Non in perpétuum irascétur: neque in ætérnum comminábitur.

Non secúndùm peccáta nostra fecit nobis: neque secúndùm iniquitátes nostras retríbuit nobis.

Quóniam secúndùm altitúdinem cœli à terra: corroboráuit misericórdiam suam super timéntes se.

Quantùm distat ortus ab occidénte: longè fecit à nobis iniquitátes nostras.

Quómodo miserétur pater filiórum: misértus est Dóminus timéntibus se: quóniam ipse cognóuit figméntum nostrum.

Recordátus est quóniam puluis sumus: homo sicut fœnum, dies eius; tanquam flos agri, sic efflorébit.

Quóniam spíritus pertransíbit in illo, & non subsístet: & non cognóscet ampliùs locum suum.

Misericórdia autem Dómini ab ætérno; &

vſque in ætérnum † ſuper timéntes eum.

Et iuſtítia illíus in fílios filiórum: his, qui ſeruant teſtaméntum eius.


Et mémores ſunt mandatórum ipſíus: ad faciéndum ea.

Dóminus in cœlo paráuit ſedem ſuam: & regnum ipſíus ómnibus dominábitur.

Benedícite Dómino omnes Angeli eius: poténtes virtúte † faciéntes verbum illíus: ad audiéndam vocem ſermónum eius.

Benedícite Dómino omnes virtútes eius: miníſtri eius, qui fácitis voluntátem eius.

Benedícite Dómino ómnia ópera eius: in omni loco dominatiónis eius: bénedic ánima mea Dómino.



Aña. Clamor meus ad te véniat Deus.



Aña. Bénedic. 8.

Psalmus 103.

BEnedic ánima mea Dómino: Dómine Deus meus magnificátus es veheménter.

Confeſsiónem, & decórem induíſti: amíctus lúmine, ſicut veſtiménto.

Exténdens cœlum, ſicut pellem: qui tegis aquis ſuperióra eius.

Qui ponis nubem aſcénſum tuum: qui ámbulas ſuper pennas ventórum.

Qui facis Angelos tuos ſpíritus: & miníſtros tuos ignem vréntem.

Qui fundáſti terram ſuper ſtabilitátem ſuam: non inclinábitur in ſæculum ſæculi.

Abýſſus ſicut veſtiméntum amíctus eius: ſuper montes ſtabunt aquæ.

Ab increpatióne tua fúgient: à voce tonitrui tui formidábunt.

Aſcéndunt montes, & deſcéndunt campi: in locum, quem fundáſti eis.

Términũ poſuíſti, quem non tranſgrediéntur: neque conuerténtur operíre terram.

Qui emíttis fontes in conuállibus: inter médium móntium pertransíbunt aquæ.

Potábunt omnes béstiæ agri: expectábunt ónagri in siti sua.

Super ea vólucres cœli habitábunt: de médio petrárum dabunt voces.

Rigans montes de superióribus suis : de fructu óperum tuórum satiábitur terra.

Prodúcens fœnum iuméntis : & herbam seruitúti hóminum.

Vt edúcas panem de terra: & vinum lætíficet cor hóminis.

Vt exhiláret fáciem in óleo : & panis cor hóminis confírmet.

Saturabúntur ligna campi, & Cedri Líbani, quas plantáuit: illic pásseres nidificábunt.

Heródij domus dux est eórum : montes excélsi ceruis: petra refúgium herináciis.

Fecit Lunam in témpora: Sol cognóuit occásum suum.

Posuísti ténebras, & facta est nox: in ipsa pertransíbunt omnes béstiæ syluæ.

Cátuli leónum rugiéntes, vt rápiant: & quærant à Deo escam sibi.

Ortus est Sol, & congregáti sunt: & in cubílibus suis collocabúntur.

Exíbit homo ad opus suum: & ad operatiónem suam vsque ad vésperam.

Quàm magnificáta sunt ópera tua Dómine: ómnia in sapiéntia fecísti: impléta est terra possessióne tua. Diuisio.

Hoc mare magnum, & spatiósum mánibus: illic reptília quorum non est númerus.

Animália pusílla cum magnis: illic naues pertransíbunt.

Draco iste, quem formásti ad illudéndum ei: ómnia à te expéctant, vt des illis escam in témpore.

Dante te illis, cólligent: aperiénte te manum tuam, ómnia implebúntur bonitáte.

Auerténte autem te fáciem turbabúntur: aúferes spíritum eórum, & defícient: & in púluerem suum reuerténtur.

Emittes Spíritum tuum, & creabúntur: & renouábis fáciem terræ.

Sit glória Dómini in ſæculum: lætábitur Dóminus in opéribus ſuis.

Qui réſpicit terram, & facit eam trémere: qui tangit montes, & fúmigant.


Cantábo Dómino in vita mea: pſallam Deo meo quámdiu ſum.

Iucúndum ſit ei elóquium meum: ego verò delectábor in Dómino.

Defíciant peccatóres à terra & iníqui ita vt non ſint: bénedic ánima mea Dómino.



Aña. Bénedic ánima mea Dómino.



Aña. Lætétur. viij. Pſalmus 104.

COnfitémini Dño, & inuocáte nomen eius: annũciáte inter gentes ópera eius.

Cantáte ei, & pſállite ei: narráte ómnia mirabília eius.

Laudámini in nómine sancto eius: lætétur cor quæréntium Dóminum.

Quǽrite Dóminum, & confirmámini: quǽrite fáciem eius semper.

Mementóte mirabílium eius, quæ fecit: prodígia eius, & iudícia oris eius.

Semen Abráham serui eius: fílij Iacob elécti eius.

Ipse Dóminus Deus noster: in vniuérsa terra iudícia eius.

Memor fuit in sǽculum testaménti sui: verbi, quod mandáuit in mille generatiónes.

Quod dispósuit ad Abráham: & iuraménti sui ad Isáac.

Et státuit illud Iacob in præcéptum: & Isráel in testaméntum ætérnum.

Dicens, tibi dabo terram Chánaan: funículum hæreditátis vestræ.

Cùm essent número breui: paucíssimi, & íncolæ eius.

Et pertransiérunt de gente in gentem: & de regno ad pópulum álterum.

Non relíquit hóminem nocére eis: & corrípuit pro eis Reges.

Nolíte tángere Christos meos: & in Prophétis meis nolíte malignári.

Et vocáuit famem super terram: & omne firmaméntum panis contríuit.

Misit ante eos virum: in seruum venundátus est Ioseph.

Humiliauérunt in compédibus pedes eius: ferrum pertránsiit ánimam eius: donec veníret verbum eius.

Elóquiũ Dñi inflammáuit eum: misit rex, & soluit eũ: princeps populórũ, & dimísit eũ.

Constítuit eum Dóminum domus suæ: & príncipem omnis possessiónis suæ.

Vt erudíret Príncipes eius sicut semetípsũ: & senes eius prudéntiam docéret. Diuisio.

ET intráuit Isráel in Ægýptum: & Iacob áccola fuit in terra Cham.

Et auxit pópulum suum veheménter: & firmáuit eum super inimícos eius.

Conuértit cor eórum, vt odírent pópulum

eius: & dolum fácerent in seruos eius.
Misit Móysen seruum suum: Aaron quem elégit ipsum.
Pósuit in eis verba signórum suórum: & prodigiórum in terra Cham.
Misit ténebras, & obscuráuit: & non exacerbáuit sermónes suos.
Conuértit aquas eórum in sánguinem: & occídit pisces eórum.
Et dedit terra eórum ranas: in penetrálibus Regum ipsórum.
Dixit, & venit cœnómia, & cíniphes: in ómnibus fínibus eórum.
Pósuit plúuias eórum grándinem: ignem comburéntem in terra ipsórum.
Et percússit víneas eórum, & ficúlneas eórum: & contríuit lignum fínium eórum.
Dixit, & venit locústa, & brucus: cuius non erat númerus.
Et comédit omne fœnum in terra eórum: & comédit omnem fructum terræ eórum.
Et percússit omne primogénitum in terra

eórum: primítias omnis labóris eórum.

Et edúxit eos cum argénto, & auro: & non erat in tríbubus eórum infírmus.

Lætáta eſt Ægýptus in profectióne eórum: quia incúbuit timor eórum ſuper eos.

Expándit nubem in protectiónem eórum: & ignem, vt lucéret eis per noctem.

Petiérunt, & venit cotúrnix: & pane cœli ſaturáuit eos.


Dirúpit petram, & fluxérunt aquæ: abiérunt in ſicco flúmina.

Quóniam memor fuit verbi ſancti ſui: quod hábuit ad Abráham púerum ſuum.

Et edúxit pópulum ſuum in exultatióne: & eléctos ſuos in lætítia.

Et dedit illis regiónes géntium: & labóres populórum poſſedérunt.

Vt cuſtódiant iuſtificatiónes eius: & legem eius requírant.



Aña. Lætétur cor quæréntium Dóminum.


℣. Quǽrite Dóminum & confirmámini. Quǽrite fáciem eius ſemper. Benedict. Ad gaúdia paradíſi perdúcat nos miſericórdia Ieſu Chriſti.

Lectio.

BEnefac iuſto: & iuénies retributiónem magnã. Et ſi non ab ipſo: certè à Dómino. Non enim eſt ei bene, qui aſsíduus eſt in malis: & eleemóſynam non danti. Quóniam & Altíſsimus ódio habet peccatóres: & miſértus eſt pœniténtibus. Tu autem.



℟. Dómine exáudi: Oratiónem meam.



℣. Et clamor meus ad te véniat. Oratiónem.

In ſecundo Nocturno.



Aña. Alleluía. In Quadrageſima.



Aña. Víſita nos. 8.

Pſalmus 105.

COnfitémini Dñō, quóniam bonus: quóniam in ſæculū miſericórdia eius.

Quis loquétur poténtias Dómini: audítas fáciet omnes laudes eius?

Beáti qui cuſtódiunt iudícium: & fáciunt iuſtítiam in omni témpore.

Meménto noſtri Dómine in beneplácito pópuli tui: víſita nos in ſalutári tuo.

Ad vidéndum in bonitáte electórum tuórum: ad lætándum in lætítia gentis tuæ: vt laudéris cum hæreditáte tua.

Peccáuimus cum pátribus noſtris: iniúſtè égimus, iniquitátem fécimus.

Patres noſtri in Ægýpto non intellexérunt mirabília tua: non fuérunt mémores multitúdinis, miſericórdiæ tuæ.

Et irritauérunt aſcendéntes in mare: mare rubrum.

Et ſaluáuit eos propter nomen ſuum: vt notam fáceret poténtiam ſuam.

Et increpuit mare rubrum, & exſiccátum

eſt:

eſt: & dedúxit eos in abýſsis, ſicut in deſérto.

Et ſaluáuit eos de manu odiéntium: & redémit eos de manu inimíci.

Et opéruit aqua tribulántes eos: vnus ex eis non remánſit.

Et crediderúnt verbis eius: & laudauérunt laudem eius.

Citò fecérunt, oblíti ſunt óperum eius: & non ſuſtinuérunt consílium eius.

Et concupiérunt concupiſcéntiam in deſérto: & tentauérunt Deum in inaquóſo.

Et dedit eis petitiónem ipſórum: & miſit ſaturitátem in ánimas eórum.

Et irritauérunt Móyſen in caſtris: Aáron ſanctum Dómini.

Apérta eſt terra, & deglutíuit Dathan: & opéruit ſuper congregatiónem Abíron.

Et exárſit ignis in ſynagóga eórum: flamma combúſsit peccatóres.

Et fecérunt vítulum in Horeb: & adorauérunt ſcúlptile.

Et mutauérunt glóriam ſuam: in ſimilitú-

dinem vítuli comedéntis fœnum.

Oblíti ſunt Deum, qui ſaluáuit eos: qui fecit magnália in Ægýpto, mirabília in terra Cham: terribília in mari Rubro.

Et dixit, vt diſpérderet eos: ſi non Móyſes eléctus eius ſtetíſſet in confractióne in conſpéctu eius.

Vt auérteret iram eius ne diſpérderet eos: & pro níhilo habuérũt terrã deſiderábilem.

Non crediderunt verbo eius: & murmurauérunt in tabernáculis ſuis: non exaudiérunt vocem Dómini.

Et eleuáuit manum ſuam ſuper eos: vt proſtérneret eos in deſérto.

Et vt deiíceret ſemen eórum in natiónibus: & diſpérgeret eos in regiónibus.

Et initiáti ſunt Beélphegor: & comedérunt ſacrifícia mortuórum.

Et irritauérunt eum in adinuentiónibus ſuis: & multiplicáta eſt in eis ruína.

Et ſtetit Phínees, & placáuit: & ceſſáuit quaſſátio.

Et reputátum eſt ei in iuſtítiam: in generatiónem, & generatiónem vſque in ſempitérnum. Diuiſio.

ET irritauérunt eum ad aquas contradictiónis: & vexátus eſt Móyſes propter eos: quia exacerbauérunt ſpíritum eius.

Et diſtínxit in lábiis ſuis: non diſperdidérunt gentes quas dixit Dóminus illis.

Et commíxti ſunt inter gentes: & didicérunt ópera eórum, & ſeruiérunt ſculptílibus eórum: & factum eſt illis in ſcándalum.

Et immolauérunt fílios ſuos: & fílias ſuas dæmóniis.

Et effudérunt ſánguinem innocéntem: ſánguinem filiórum ſuórum, & filiárum ſuárum: quas ſacrificauérunt ſculptílibus Chánaan.

Et inféċta eſt terra in ſanguínibus: & contamináta eſt in opéribus eórum: & fornicáti ſunt in adinuentiónibus ſuis.

Et irátus eſt furóre Dóminus in pópulum ſuum: & abominátus eſt hæreditátem ſuam.

Et trádidit eos in manus géntium:& dominâti ſunt eórum qui odérunt eos.

Et tribulauérũt eos inimíci eórũ:& humiliáti sũt ſub mánibus eórũ:ſæpè liberáuit eos.

Ipſi autem exacerbauérunt eum in conſílio ſuo:& humiliáti sũt in iniquitátibus ſuis.

Et vidit, cùm tribularéntur: & audíuit oratiónem eórum.

Et memor fuit teſtaménti ſui: & pœnítuit eũ ſecúndũ multitúdinẽ miſericórdiæ ſuæ.


Et dedit eos in miſericórdias:in conſpéctu ómnium, qui cœ́perant eos.

Saluos fac nos Dómine Deus noſter:& cóngrega nos de natiónibus.

Vt confiteámur nómini ſancto tuo: & gloriémur in laude tua.

Benedíctus Dóminus Deus Iſráel, à ſæculo, & vſque in ſæculum: & dicet omnis pópulus, fiat, fiat.

In Quadrageſima.



Aña. Víſita nos Dómine in ſalutá ri tuo.

Aña. 

De neceſsitátibus noſtris. ℣. Pſalm. 106.

COnfitémini Dómino quóniam bonus : quóniam in ſæculum miſericórdia eius.

Dicant, qui redémpti ſunt à Dómino : quos redémit de manu inimíci : de regiónibus congregáuit eos.

A Solis ortu , & occáſu : ab Aquilóne , & mari.

Errauérunt in ſolitúdine in inaquóſo : viam ciuitátis habitáculi non inuenérunt.

Eſuriéntes & ſitiéntes : ánima eórum in ipſis defécit.

Et clamauérũt ad Dóminũ, cum tribularéntur : & de neceſsitátibus eórum erípuit eos.

Et dedúxit eos in viam rectam : vt irent in ciuitátem habitatiónis.

Confiteántur Dómino miſericórdiæ eius : & mirabília eius fíliis hóminum.

Quia ſatiáuit ánimam inánem : & ánimam

eſuriéntem ſatiáuit bonis.

Sedéntes in ténebris, & in vmbra mortis: vinctos in mendicitáte & ferro.

Quia exacerbauérunt elóquia Dei: & conſilium Altíſsimi irritauérunt.

Et humiliátum eſt in labóribus cor eórum: & infirmáti ſunt nec fuit qui adiuuáret.

Et clamauérũt ad Dóminũ, cùm tribularentur: & de neceſsitátibus eórum liberáuit eos.

Et edúxit eos de ténebris, & vmbra mortis: & víncula eórum diſrúpit.

Confiteántur Dómino miſericórdiæ eius: & mirabília eius fíliis hóminum.

Quia contríuit portas æreas: & vectes ferreos confrégit.

Suſcépit eos de via iniquitátis eórum: propter iniuſtítias enim ſuas humiliáti ſunt.

Omnẽ eſcã abomináta eſt ánima eórum: & appropinquauérũt vſque ad portas mortis.

Et clamauérunt ad Dóminum, cùm tribularéntur: & de neceſsitátibus eórum liberauit eos.

Misit verbum suum, & sanáuit eos: & erípuit eos de interitiónibus eórum.

Confiteántur Dómino misericórdiæ eius: & mirabília eius fíliis hóminum.

Et sacríficent sacrifícium laudis: & annúntient ópera eius in exultatióne.

Qui descéndunt mare in náuibus: faciéntes operatiónem in aquis multis.

Ipsi vidérunt ópera Dómini: & mirabília eius in profúndo. Diuisio.

Dixit & stetit spíritus procéllæ: & exaltáti sunt fluctus eius.

Ascéndunt vsque ad cœlos, & descéndunt vsque ad abýssos: ánima eórum in malis tabescébat.

Turbáti sunt, & moti sunt sicut ébrius: & omnis sapiéntia eórum deuoráta est.

Et clamauérunt ad Dóminũ cum tribularéntur: & de necessitátibus eórũ edúxit eos

Et státuit procéllam eius in auram: & siluérunt fluctus eius.


Et lætáti sunt quia siluérunt: & dedúxit

eos in portum voluntátis eórum.
Confiteántur Dómino misericórdiæ eius: & mirabília eius fíliis hóminum.
Et exáltent eum in Ecclésia plebis: & in cáthedra seniórum laudent eum.
Pósuit flúmina in desértum: & éxitus aquárum in sitim.
Terram fructíferam in salsúginem: à malítia inhabitántium in ea.
Pósuit desértum in stagna aquárum: & terram sine aqua in éxitus aquárum.
Et collocáuit illic esuriéntes: & constituérunt ciuitátem habitatiónis.
Et seminauérunt agros, & plantauérunt víneas: & fecérunt fructum natiuitátis.
Et benedíxit eis, & multiplicáti sunt nimis & iuménta eórum non minoráuit.
Et pauci facti sunt: & vexáti sunt à tribulatióne malórum & dolóre.
Effúsa est contémptio super príncipes: & erráre fecit eos in ínuio, & non in via.
Et adiúuit páuperem de inópia: & pósuit

ſicut oues famílias.

Vidébunt recti,& lætabúntur:& omnis iniquitas opilábit os ſuum.

Quis ſápiens,& cuſtódiet hæc:& intélliget miſericórdias Dómini. In xl. Antiphona.



De neceſsitátibus noſtris líbera nos Dñe.



Aña.

Confitébor. v. Pſalmus 107

PArátum cor meũ Deus, parátum cor meum:cantábo, & pſallã in glória mea

Exurge gloria mea

exúrge pſaltériũ,& cíthara:exúrgã dilúculo

Confitébor tibi in pópulis Dómine:& pſallam tibi in natiónibus.

Quia magna ſuper cœlos miſericórdia tua & vſque ad nubes véritas tua.

Exaltáre ſuper cœlos Deus:& ſuper omnẽ terram glória tua : vt liberéntur diléctí tui

Saluum fac déxtera tua,& exáudi me:Deus locútus eſt in ſancto ſuo.

Exultábo,& díuidam Síchimam:& conuá

lem tabernaculórum dimétiar.

Meus eſt Gálaad, & meus eſt Manáſſes: & Ephraim ſuſcéptio cápitis mei.

Iuda Rex meus: Moab lebes ſpei meæ.

In Idumǽam exténdam calceaméntum meum: mihi alienígenæ amíci facti ſunt.

Quis dedúcet me in ciuitátem munítam: quis dedúcet me vſque in Idumǽam?

Nónne tu Deus, qui repuliſti nos: & non exíbis, Deus, in virtútibus noſtris?

Da nobis auxílium de tribulatióne: quia vana ſalus hóminis.

In Deo faciémus virtútem: & ipſe ad níhilum dedúcet inimícos noſtros. Pſalm. 108.

DEus laudem meam ne tacúeris: quia os peccatóris, & os dolóſi ſuper me apértum eſt.

Locúti ſunt aduérſum me lingua dolóſa: & ſermónibus ódij circundedérunt me: & expugnauérunt me gratis.

Pro eo vt me dilígerent, detrahébant mihi: go autem orábam.

Et poſuérunt aduérſum me mala pro bonis:& ódium pro dilectióne mea.

Conſtítue ſuper eum peccatórem:& diábolus ſtet à dextris eius.

Cùm iudicátur éxeat condemnátus: & orátio eius fiat in peccátum.

Fiant dies eius pauci: & Epiſcopátum eius accípiat alter.

Fiant fílij eius órphani: & vxor eius vídua.

Nutántes transferántur fílij eius & mendícent:& eijciántur de habitatiónibus ſuis.

Scrutétur fœnerátor omnem ſubſtántiam eius:& dirípiant aliéni labóres eius.

Non ſit illi adiútor: nec ſit qui miſereátur pupíllis eius.

Fiant nati eius in intéritum:in generatióne vna deleátur nomen eius.

In memóriam rédeat iníquitas patrum eius in conſpéctu Dómini: & peccátum matris eius non deleátur.

Fiant contra Dóminum ſemper: & diſpéreat de terra memória eórum: pro eo quòd

non eſt recordátus fácere miſericórdiam.
Et perſecútus eſt hóminẽ ínopem, & mendícum: & compúnctum corde mortificáre.
Et diléxit maledictiónem, & véniet ei: & nóluit benedictiónẽ, & elongábitur ab eo.
Et índuit maledictiónem ſicut veſtiméntum: & intráuit, ſicut aqua in interióra eius: & ſicut óleum in óſsibus eius.
Fiat ei ſicut veſtiméntum, quo operítur: & ſicut zona, qua ſemper præcíngitur.
Hoc opus eórum qui détrahunt mihi apud Dóminum: & qui loquúntur mala aduérſus ánimam meam.
Et tu Dómine, Dómine fac mecum propter nomen tuum: quia ſuáuis eſt miſericórdia tua.
Líbera me, quia egénus, & pauper ego ſum: & cor meum conturbátum eſt intra me.
Sicut vmbra cùm declínat ablátus ſum: & excúſſus ſum ſicut locúſtæ.
Génua mea infirmáta ſunt à ieiúnio: & caro mea immutáta eſt propter óleum.

Et

Et ego factus ſum oppróbrium illis: vidérunt me, & mouérunt cápita ſua.

Adiuua me Dómine Deus meus: ſaluum me fac ſecúndùm miſericórdiam tuam.

Et ſciant, quia manus tua hæc: & tu Dómine fecíſti eam.

Maledícent illi, & tu benedíces: qui inſúrgunt in me, confundántur: ſeruus autem tuus lætábitur.

Induántur, qui détrahunt mihi, pudóre: & operiántur, ſicut diplóide confuſióne ſua.

Confitébor Dómino nimis in ore meo: & in médio multórum laudábo eum.

Qui áſtitit à dextris páuperis: vt ſaluam fáceret à perſequéntibus ánimam meam.

Antiph. Allelúia. iij. Capitulum. Vigiláte.

℣. Confitébor Dómino nimis in ore meo.


Et in médio multórum laudábo eum.

Collecta. Salua nos. In Quadrageſima, Aña.



Confitébor Dómino nimis in ore meo.

℣. In Laudibus. Psalmus. Miserére mei Deus. Psalmus. Dómine exáudi oratiónem meam áuribus. Canticum. Audíte cœli. Ignis succénsus. Psalmus. Laudáte Dóminum. Antiphona.




Benígnè fac in bona voluntáte tua Dómine.

Capitulum. Nox præcéssit.




℟. Audítam fac mihi manè: Misericórdiam



tuam. ℣. Quia in te sperávi, Dómine.



Misericórdiam. Hymnus. Splendor.
℣. Repléti sumus. Ad Benedictus, Aña.



In viam pacis dírige nos Dómine.

Dominicis diebus ad Vesperas.



Aña. Dixit Dóminus. 7. Pſalmus

DIxit Dóminus Dómino meo : ſede
dextris meis.

Donec ponam inimícos tuos : ſcabellum
pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emíttet Dóminus ex
Sion : domináre in médio inimicórum tu
rum.

Tecum principium in die virtutis tuæ in ſp
doribus Sanctorum tuorum : ex utero ante luci
ferum genui te.

Iuravit Dominus, & non pœnitebit eum
tu es Sacerdos in æternum ſecundùm or
nem Melchiſedech.

Dominus à dextris tuis : confregit in die
ræ ſuæ reges.

Iudicabit in nationibus, implebit ru
conqvaſſabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet : propterea exal
tabit caput.

Psalmus 110.

C Onfitébor tibi Dómine in toto corde meo: in consílio iustórum, & congregatióne.

Magna ópera Dómini: exquisíta in omnes voluntátes eius.

Conféssio, & magnificéntia opus eius: & iustítia eius manet in sǽculum sǽculi.

Memóriam fecit mirabílium suórum: miséricors & miserátor Dóminus: escam dedit timentibus se.

Memor erit in sæculum testamenti sui: virtutem operum suorum annuntiabit populo suo.

Ut det illis hæreditatem gentium: opera manuum ejus veritas, & judicium.

Fidelia omnia mandata ejus: confirmata in sæculum sæculi: facta in veritate, & æquitate.

Redemptionem misit populo suo: mandavit in æternum testamentum suum.

Sanctum & terribile nomen ejus: initium sapientiæ timor Domini.

Intellectus bonus omnibus facientibus

eum: laudátio eius manet in sæculum sæculi.

Psalmus III.

BEátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis eius volet nimis.

Potens in terra erit semen eius: generátio rectórum benedicétur.

Glória, & diuítiæ in domo eius: & iustítia eius manet in sæculum sæculi.

Exórtum est in ténebris lumen rectis: miséricors & miserátor, & iustus.

Iucúndus homo, qui miserétur, & cómmodat: dispónit sermónes suos in iudício: quia in ætérnum non commouébitur.

In memória ætérna erit iustus: ab auditióne mala non timebit.

Paratum cor ejus sperare in Domino: confirmatum est cor ejus: non commovebitur donec despiciat inimicos suos.

Dispersit, dedit pauperibus: iustitia ejus manet in sæculum sæculi: cornu ejus exaltabitur in gloria.

Peccator videbit, & irascetur: dentibus suis

fremet & tabéſcet: deſidérium peccatórum períbit.

Pſalmus 112.

LAudáte púeri Dóminum: laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedíctum: ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.

A ſolis ortu vſque ad occáſum: laudábile nomen Dómini.

Excélſus ſuper omnes gentes Dóminus: & ſuper cœlos glória eius.

Quis ſicut Dóminus Deus noſter, qui in altis hábitat: & humília réſpicit in cœlo, & in ~~cœlo, & in~~ terra.

Suſcitans à terra inopem: & de ſtercore erigens pauperem.

Ut collocet eum cum principibus: cum principibus populi ſui.

Qui habitare facit ſterilem in domo: matrē filiorum lætantem.



à dextris meis.

Capitulum.

BEnedíctus Deus & Pater Dómini noſtri Ieſu Chriſti : pater miſericordiárum, & Deus totíus conſolatiónis: qui conſolátur nos in omni tribulatióne noſtra.



℟. Quàm magnificáta ſunt: Opera tua



Dómine.



℣. Omnia in ſapiéntia fecíſti, ~~repléta eſt~~



~~terra~~. Opera. Hymnus. Deus creátor.

℣. Dirigátur Dómine, orátio mea. Sicut incénſum in conſpéctu tuo, Alleluia.

Tempore Paſchali tam diebus d



à dextris meis.

Capitulum.

BEnedíctus Deus & Pater Dómini noſtri Ieſu Chriſti ꝫ pater miſericordiárum, & Deus totíus conſolatiónis: qui conſolátur nos in omni tribulatióne noſtra.



℟. Quàm magnificáta ſunt: Opera tua



Dómine.



℣. Omnia in ſapiéntia fecíſti, ~~repléta eſt~~



~~terra~~. Opera. Hymnus. Deus creátor.


℣. Dirigátur Dómine, orátio mea. Sicut incénſum in conſpéctu tuo, Allelúia.

Tempore Paſchali tam diebus d...

Dominicis diebus, festis quam priuatis, & in vtrisque Vesperis vsque ad Ascensionem.



In vtrisque Vesperis Ascensionis, & consequenter vsque ad Vigiliam Pentecostes, Antiphona.



In vtrisque Vesperis Pentecostes.



alleluía.



Ad Completorium primo dicitur. Domne iube benedícere. Benedictio. Noctem quiétam tríbuat nobis omnípotens & miséricors Dóminus, Amen. Lectio. 1. Pet. 5.

FRatres ſóbrij eſtóte, & vigiláte: quia aduerſárius veſter diábolus, tanquam leo rúgiens, círcuit quærens, quem déuoret: cui reſíſtite fortes in fide. Tu autem Dómine.

℣. Adiutórium noſtrum in nómine Dómini. Qui fecit cœlũ & terram. Pater noſter. Deus in adiutórium. Dómine ad adiuuándum. Pſalm. Cùm inuocárem. Pſalm. Qui hábitat. Pſalmus. Ecce nunc. Hymn. Chriſte qui lux.

Sed priuatis diebus. Hymnus. Te lucis.

Capitulum.

TV autem in nobis es Dómine: & nomen tuum inuocátum eſt ſuper nos: ne derelínquas nos Dómine Deus noſter.


Deo grátias. ℣. Cuſtódi nos Dómine vt pupíllam óculi. Sub ombra alárum tuárum protége nos, alleluia. Kýrie eléiſon. Christe eléiſon Kýrie eléiſon. Pater noſter. Et ne nos. Collecta.

VIſita quæſumus, Dómine habitatiónem iſtam: & omnes inſídias inimíci ab ea longè repélle: & Angeli tui ſancti habitántes in ea nos in pace cuſtódiant: & benedíctio tua ſit ſuper nos ſemper: Et fámulos tuos ab omni aduerſitáte cuſtódi. Per Dóminum. Benedicámus Dómino: Deo grátias. Benedíctio Dei omnipoténtis: Patris, & Fílij, & Spíritus Sancti: deſcéndat, & máneat ſuper nos. Amen. Pater noſter. Credo in Deum.

Deinde Completorium B. Virginis Mariæ.

Feria ſecunda, ad Veſperas.

Tempore Paſchali, vt ſupra in Dominica.



Aña. Nos qui viuimus.

Pſalmus 113.

IN éxitu Iſráel de Ægýpto: domus Iacob de pópulo bárbaro.

Facta eſt Iudǽa ſanctificátio eius: Iſráel poteſtas eius.

Mare vidit, & fugit: Iordánis conuérſus eſt retrórſum.

Montes exultauérunt, vt aríetes: & colles ſicut agni óuium

Quid eſt tibi mare quòd fugíſti: & tu Iordánis, quia conuérſus es retrórſum?

Montes exultáſtis ſicut aríetes: & colles ſicut agni óuium.

A fácie Dñi mota eſt terra: à fácie Dei Iacob.

Qui conuértit petram in ſtagna aquárum: & rupem in fontes aquárum.

Non nobis, Dómine, non nobis: ſed nómini tuo da glóriam.

Super miſericórdia tua, & veritáte tua: nequándo dicant gentes vbi eſt Deus eórum.

Deus autem noſter in cœlo: ómnia quæcúnque vóluit fecit.



Simuláchra géntium argéntum, & aurum: ópera mánuum hóminum.

Os habent, & non loquéntur: óculos habent, & non vidébunt.

Aures habent, & non áudient: nares habent, & non odorábunt.

Manus habent, & non palpábunt: pedes habent, & non ambulábunt: non clamábunt in gútture ſuo.

Símiles illis fiant, qui fáciunt ea: & omnes, qui confídunt in eis.

Domus Iſráël ſperáuit in Dómino: adiútor eórum, & protéctor eórum eſt.

Domus Aáron ſperáuit in Dómino: adiútor eórum, & protéctor eórum eſt.

Qui timent Dóminum ſperauérunt in Dómino: adiútor eórum, & protéctor eórũ eſt.

Dóminus memor fuit noſtri: & benedíxit nobis.

Benedíxit dómui Iſráel: benedíxit dómui Aáron.

Benedíxit ómnibus, qui timent Dóminum:

num : puſíllis cum maióribus.


Adiíciat Dóminus ſuper vos : ſuper vos, & ſuper fílios veſtros.

Benedícti vos à Dómino : qui fecit cœlum, & terram.

Cœlum cœli Dómino : terram autem dedit fílijs hóminum.

Non mórtui laudábunt te Dómine : neque omnes, qui deſcéndunt in inférnum.

Sed nos qui víuimus, benedícimus Dómino : ex hoc nunc, & vſque in ſæculum. Aña.



Nos qui víuimus benedícimus Dómino.



Aña. Inclináuit. j. Pſalmus 114.

DIléxi, quóniam exáudiet Dóminus : vocem oratiónis meæ.

Quia inclináuit aurem ſuam mihi : & in diébus meis inuocábo.

Circundedérunt me dolóres mortis : & pe-

rícula inférni inuenérunt me.

Tribulatiónem & dolórem inuéni: & nomen Dómini inuocáui.


O Dómine líbera ánimam meam: miséricors Dóminus, & iustus: & Deus noster miserétur.

Custódiens páruulos Dóminus: humiliátus sum, & liberáuit me.


Conuértere ánima mea in réquiem tuam: quia Dóminus benefécit tibi.

Quia erípuit ánimam meam de morte: óculos meos à lácrymis: pedes meos à lapsu.

Placébo Dómino: in regióne viuórum.



Aña. Inclináuit Dóminus aurẽ suam mihi.



Aña. Laudáte. viij. Psalmus 115.

CRédidi, propter quod locútus sum: ego autem humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo: omnis homo mendax.

Quid retríbuam Dómino: pro ómnibus, quæ retríbuit mihi?

Cálicem Salutáris accípiam: & nomen Dómini inuocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo eius: pretióſa in conſpéctu Dómini mors Sanctórum eius.

O Dómine quia ego ſeruus tuus: ego ſeruus tuus, & fílius ancíllæ tuæ.

Dirupíſti víncula mea: tibi ſacrificábo hóſtiam laudis: & nomen Dómini inuocábo.

Vota mea Dómino reddam in conſpéctu omnis pópuli eius: in átrijs domus Dómini, in médio tui Ierúſalem. Pſalmus 116.

LAudáte Dóminum omnes gentes: laudáte eum omnes pópuli.

Quóniam confirmáta eſt ſuper nos meſericórdia eius: & véritas Dómini manet in ætérnum.

Aña. 

Laudáte Dóminum omnes gentes.



Aña. Benedíximus. viij. Pſalmus 117.

COnfitémini Dómino, quóniam bonus: quóniam in ſæculũ miſericórdia eius.

Dicat nunc Iſráel, quóniam bonus: quóniam in ſæculum miſericórdia eius.

Dicat nunc domus Aáron: quóniam in ſæculum miſericórdia eius.

Dicant nunc, qui timent Dóminum: quóniam in ſæculum miſericórdia eius.

De tribulatióne inuocáui Dóminum: & exaudíuit me in latitúdine Dóminus.

Dóminus mihi adiútor: non timébo quid fáciat mihi homo.

Dóminus mihi adiútor: & ego deſpíciam inimícos meos.

Bonum eſt confídere in Dómino: quàm confídere in hómine.

Bonum eſt ſperáre in Dómino: quàm ſperáre in princípibus.

Omnes gentes circuiérunt me: & in nómi-

ne

ne Dómini quia vltus ſum in eos.
Circundántes circundedérunt me:& in nómine Dómini quia vltus ſum in eos.
Circundedérunt me ſicut apes:& exarſérunt ſicut ignis in ſpinis:& in nómine Dómini quia vltus ſum in eos.
Impúlſus euérſus ſum, vt cáderem:& Dóminus ſuſcépit me.
Fortitúdo mea,& laus mea Dóminus:& factus eſt mihi in ſalútem.
Vox exultatiónis,& ſalútis: in tabernáculis iuſtórum.
Déxtera Dómini fecit virtútem: déxtera Dómini exaltáuit me: déxtera Dómini fecit virtútem.
Non móriar, ſed viuam:& narrábo ópera Dómini.
Caſtígans caſtigáuit me Dóminus:& morti non trádidit me.
Aperíte mihi portas iuſtítiæ,& ingréſſus in eas confitébor Dómino: hæc porta Dómini, iuſti intrábunt in eam.

Confitébor tibi, quóniam exaudísti me: & factus es mihi in salútem.

Lápidem, quem reprobauérunt ædificántes: hic factus est in caput ánguli.

A Dómino factum est istud: & est mirábile in óculis nostris.

Hæc est dies, quam fecit Dóminus: exultémus, & lætémur in ea.

O Dómine saluum me fac, ô Dómine bene prosperáre: benedíctus, qui venit in nómine Dómini.

Benedíximus vobis de domo Dómini: Deus Dóminus, & illúxit nobis.

Constitúite diem solémnem in condénsis: vsque ad cornu altáris.

Deus meus es tu, & confitébor tibi: Deus meus es tu, & exaltábo te.

Confitébor tibi, quóniam exaudísti me: & factus es mihi in salútem.

Confitémini Dómino, quóniam bonus: quóniam in sæculum misericórdia eius.

Dominica, ad Primam.



Aña. Allelúia. viij. Pſalmus 118.

BEáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dómini.

Beáti qui ſcrutántur teſtimónia eius: in toto corde exquírunt eum.

Non enim qui operántur iniquitátem: in viis eius ambulauérunt.

Tu mandáſti: mandáta tua cuſtodíri nimis.

Vtinam dirigántur viæ meæ: ad cuſtodiéndas iuſtificatiónes tuas.

Tunc non confúndar: cùm perſpéxero in ómnibus mandátis tuis.

Confitébor tibi in directióne cordis: in eo quòd dídici iudícia iuſtítiæ tuæ.

Iuſtificatiónes tuas cuſtódiam: non me derelínquas vſquequáque.

IN quo córrigit adoleſcéntior viam ſuam: in cuſtodiéndo ſermónes tuos.

In toto corde meo exquiſíui te: ne repéllas me à mandátis tuis.

In corde meo abſcóndi elóquia tua: vt non peccem tibi.

Benedíctus es Dómine: doce me iuſtificatiónes tuas.

In lábiis meis: pronunciáui ón[illegible]ia iudícia oris tui.

In via teſtimoniórum tuórum delectátus ſum: ſicut in ómnibus diuítiis.

In mandátis tuis exercébor: & conſiderábo vias tuas.

In iuſtificatiónibus tuis m[illegible]bor: non obliuíſcar ſermónes tuos.

Retríbue ſeruo tuo, viv[illegible] a me; & cuſtódiam ſermónes tuo[illegible]

Reuéla óculos meos: & conſiderábo mirabília de lege tua.

Incóla ego ſum in terra: non abſcóndas à me mandáta tua.

Concupíuit ánima mea deſideráre iuſtificatiónes tuas: in omni témpore.

Increpáſti ſupérbos: maledícti, qui declínant à mandátis tuis.

Aufer à me oppróbrium, & contémptum: quia teſtimónia tua exquiſíui.

Etenim ſedérunt príncipes, & aduérſum me loquebántur: ſeruus autem tuus exercebátur in iuſtificatiónibus tuis.

Nam & teſtimónia tua meditátio mea eſt: & consílium meum iuſtificatiónes tuæ.

ADhǽſit pauiménto ánima mea: viuífica me ſecúndùm verbum tuum.

Vias meas enunciáui & exaudíſti me: doce me iuſtificatiónes tuas.

Viam iuſtificatiónum tuárum ínſtrue me: & exercébor in mirabílibus tuis.


Dormitáuit ánima mea præ tǽdio: confírma me in verbis tuis.

Viam iniquitátis ámoue à me: & de lege tua miſerére mei.

Viā veritátis elégi: iudícia tua nō sū oblítus.

Adhǽſi teſtimóniis tuis Dómine: noli me confúndere.

Viam mandatórum tuórum cucúrri: cùm dilatáſti cor meum. Quicunqve. F 318



Aña. A lleluia, alleluia, alleluia, alleluia.

Tempore Paſchali vſque ad Pentecoſten incluſiuè, Antiphona.



A lleluia, alleluia, alleluia, alleluia, alleluia,



alleluia, alleluia. vij. Capitulum.

REgi autem ſæculórum immortáli, inuiſíbili, ſoli Deo, honor, & glória: in ſæcula ſæculórum, Amen. Deo grátias.

℣. Exúrge Dómine, ádiuua nos. Et líbera nos propter nomen tuum, allelúia. Kýrie eléiſon. Chriſte eléiſon. Kýrie eléiſon.

Pater noſter. Et ne nos indúcas, &c.

Collecta.

DOmine Deus, qui ad princípium huius diéi nos perueníre fecíſti: tua nos ſalua virtúte: vt in hac die ad nullum declinémus peccátum: ſed ſemper ad tuam iuſtítiam

faciéndam nostra procédant elóquia: dirigántur cogitatiónes, & ópera: Et fámulos tuos ab omni aduersitáte custódi. Per Dóminum nostrum.

Dominicis diebus Symbolum Athanasij Quicúmque vult. ℣. Benedícat nos.

Coll. Omnípotẽs sempitérne Deus, qui dedísti fámulis. vt infra post ipsũ Symbolum.

Nota quod prædictum Cap. Regi autem. dicitur ad Primam diebus duntaxat Dominicis, & festis xij. lectionum. Et per octauas quibus omittitur Officium Defunctorum. Cæteris autem diebus dicitur sequens Capitulum. Isa. 33.

Domine miserére nostri, te enim expectáuimus: esto bráchiũ nostrũ in mane: & salus nostra in témpore tribulatiónis.

℣. Exúrge. Collecta. Dómine Deus.

℣. Prætiósa in conspéctu Dómini: Mors Sanctórum eius.

Sancta María, & omnes Sancti intercédãt pro nobis: vt mereámur adiuuári ab

eo qui viuit & regnat per ómnia sǽcula sæculórum, Amen.

Deinde. Deus in adiutórium meum inténde. Dómine ad adiuuándum me festína. Postea. Glória Patri. Sicut erat. Kýrie eléison. Christe eléison. Kýrie eléison. Pater noster. Et ne nos. ℣. Réspice Dómine in seruos tuos, & in ópera tua, & dírige fílios eórum: & sit splendor Dómini Dei nostri super nos, & ópera mánuum nostrárum dírige super nos: & opus mánuum nostrárum dírige.

Collecta.

DIrígere, & sanctificáre dignáre Dómine, sancte Pater omnípotens, ætérne Deus, hódie corda, & córpora nostra in lege tua, & in opéribus mandatórum tuórum: vt hic, & in ætérnum (te auxiliánte) semper salui esse mereámur. Per.

℣. Adiutórium nostrum in nómine Dómini: Qui fecit cœlum & terram. Domne iube Benedícere. Benedictio. Diuínum auxílium, máneat semper nobíscum: Amen.

Dominus dírigat corda noſtra in charitáte Dei patiéntia Chriſti : & dilectióne próximi. Tu autem Dómine : miſerére noſtri. Commemorátio ómnium fratrum, familiárium,& benefactórum defunctórum órdinis noſtri. Requiéſcant in pace. Amen.

Dominicis diebus, ad Tertiam.



Aña. A l le lúia. ℣.

Legem pone mihi Dómine viã iuſtificatiónũ tuárum : & exquírã eam ſemper.

Da mihi intelléctum, & ſcrutábor legem tuam:& cuſtódiam illam in toto corde meo.

Deduc me in ſémitam mandatórum tuórum : quia ipſam vólui.

Inclína cor meum in teſtimónia tua:& non in auarítiam.

Auérte óculos meos,ne vídeant vanitátem: in via tua viuífica me.

Státue ſeruo tuo elóquium tuum:in timóre tuo.

Amputa oppróbrium meum quod suspicátus sum: quia iudícia tua iucúnda.

Ecce concupíui mandáta tua: in æquitáte tua viuífica me.

ET véniat super me misericórdia tua Dómine: Salutáre tuum secúndùm elóquium tuum.

Et respondébo exprobrántibus mihi verbum: quia sperâui in sermónibus tuis.

Et ne aúferas de ore meo verbũ veritátis vsquequáq;: quia in iudíciis tuis supersperáui.

Et custódiam legem tuam semper: in sǽculum, & in sǽculum sǽculi.

Et ambulábam in latitúdine: quia mandáta tua exquisíui.

Et loquébar de testimóniis tuis in conspéctu Regum: & non confundébar.

Et meditábar in mandátis tuis: quæ diléxi.

Et leuáui manus meas ad mandáta tua, quæ diléxi: & exercébar in iustificatiónibus tuis.

MEmor esto verbi tui seruo tuo: in quo mihi spem dedísti.

Hæc me conſoláta eſt in humilitáte mea: quia elóquium tuum viuificáuit me.

Supérbi iníquè agébant vſquequáque: à lege autem tua non declináui.

Memor fui iudiciórum tuórum à ſæculo Dómine: & conſolátus ſum.

Deféctio ténuit me: pro peccatóribus derelinquéntibus legem tuam.

Cantábiles mihi erant iuſtificatiónes tuæ: in loco peregrinatiónis meæ.

Memor fui nocte nóminis tui Dómine: & cuſtodíui legem tuam.

Hæc facta eſt mihi: quia iuſtificatiónes tuas exquisíui.



Aña. Al le lúia, allelúia, alle lúia, allelúia.


Capitulum.

DEus cháritas eſt: & qui manet in charitáte, in Deo manet, & Deus in eo.


℣ Ego dixi Dómine miſerére mei. Sana

Collecta de Dominica currente.

Tempore Paſchali vſque ad Pentecoſten incluſiuè, ad Tertiam, Antiphona.



Alle lúia, allelúia, allelúia, allelúia, allelúia,



alle lúia, allelúia. j.

Dominicis diebus, ad Sextam.



Aña. Allelúia. viij.

Portio mea Dómine: dixi cuſtodíre legem tuam.

Deprecátus ſum fáciem tuam in toto corde meo: miſerére mei ſecúndũ elóquiũ tuum.

Cogitáui vias meas: & conuérti pedes meos in teſtimónia tua.

Parátus ſum, & non ſum turbátus: vt cuſtódiam mandáta tua.

Funes peccatórum circumpléxi ſunt me: & legem tuam non ſum oblitus.

Média nocte ſurgébam ad confiténdum tibi : ſuper iudícia iuſtificatiónis tuæ.

Párticeps ego ſum ómnium timéntium te: & cuſtodiéntium mandáta tua.

Miſericórdia tua Dómine, plena eſt terra: iuſtificatiónes tuas doce me.

BOnitátem fecíſti cum ſeruo tuo Dómine : ſecúndùm verbum tuum.

Bonitátem , & diſciplínam , & ſciéntiam doce me : quia mandátis tuis crédidi.

Priúſquam humiliárer , ego delíqui : proptérea elóquium tuum cuſtodíui.

Bonus es tu : & in bonitáte tua doce me iuſtificatiónes tuas.

Multiplicáta eſt ſuper me iníquitas ſuperbórum : ego autem in toto corde meo ſcrutábor mandata tua.

Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum : ego verò legem tuam meditatus ſum.

Bonum mihi qvia humiliaſti me : ut diſcam juſtificationes tuas.

Bonum mihi lex oris tui : ſuper míllia auri, & argénti.

MAnus tuæ fecérunt me, & plaſmauérunt me : da mihi intelléctum, vt diſcam mandáta tua.

Qui timent te, vidébunt me, & lætabúntur: quia in verba tua ſuperſperáui.

Cognóui Dómine, quia ǽquitas iudícia tua: & in veritáte tua humiliáſti me.

Fiat miſericórdia tua, vt conſolétur me : ſecúndùm elóquium tuum ſeruo tuo.

Véniant mihi miſeratiónes tuæ, & viuam: quia lex tua meditátio mea eſt.

Confundántur ſupérbi, quia iniuſtè iniquitátem fecérunt in me : ego autem exercébor in mandátis tuis.

Conuertántur mihi timéntes te : & qui nouérunt teſtimónia tua.

Fiat cor meum immaculátum in iuſtificatiónibus tuis : vt non confúndar.

Aña. 

Allelúia, allelúia, allelúia.

Capitulum.

ALter altérius ónera portáte, & ſic adimplébitis legẽ Chriſti. ℣. Dóminus regit me, & nihil mihi déerit. In loco páſcuæ ibi me collocáuit. Collecta.

DEus, qui cónſpicis omni nos virtúte deſtítui: intérius, exteriúſque cuſtódi: vt & ab ómnibus aduerſitátibus muniámur in córpore, & à prauis cogitatiónibus mundémur in mente. Per Dóminum noſtrum.

Quæ dicitur à Trinitate vſque ad Aduentum, & ſequens dicitur ab octauis Epiphaniæ vſque ad Quadrageſimam. Collecta.

GRátiæ tuæ, quæſumus, Dómine ſupplícibus tuis tríbue largitátem: vt mandáta tua, te operánte, ſectántes: conſolatiónem præſéntis vitæ percípiant, & futúræ. Per Dóminum noſtrum.

Tempore Paſchali, Antiphona.



Dominicis diebus, ad Nonam.

Aña. 

Alleluia. viij.

DEfécit in Salutáre tuum ánima mea: & in verbum tuum ſuperſperáui.

Defecérunt óculi mei in elóquium tuum: dicéntes, quando conſoláberis me?

Quia factus ſum ſicut vter in pruína: iuſtificatiónes tuas non ſum oblítus.

Quot ſunt dies ſerui tui: quando fácies de perſequéntibus me iudícium?

Narrauérunt mihi iníqui fabulatiónes: ſed non vt lex tua.

Omnia mandáta tua véritas: iníquè perſecúti ſunt me, ádiuua me.

Paulóminus conſummauérunt me in terra: ego autem non derelíqui mandáta tua.

Secúndùm miſericórdiam tuam viuífica me: & cuſtódiam teſtimónia oris tui.

IN ætérnum Dómine: verbum tuum pérmanet in coelo.

In generatiónem & generatiónem véritas tua: fundásti terram, & pérmanet.

Ordinatióne tua perseuérat dies: quóniam omnia séruiunt tibi.

Nisi quod lex tua meditátio mea est: tunc fortè periíssem in humilitáte mea.

In ætérnum non obliuíscar iustificatiónes tuas: quia in ipsis viuificásti me.

Tuus sum ego saluum me fac: quóniam iustificatiónes tuas exquisíui.

Me expectauérunt peccatóres, vt pérderent me: testimónia tua intelléxi.

Omnis consummatiónis vidi finem: latum mandátum tuum nimis.

QVómodo diléxi legem tuam Dómine: tota die meditátio mea est.

Super inimícos meos prudéntem me fecísti mandáto tuo: quia in ætérnum mihi est.

Super omnes docéntes me intelléxi: quia testimónia tua meditátio mea est.

Super senes intellexi: qvia mandata tua qværsivi.

Ab omni via mala prohíbui pedes meos:vt cuſtódiam verba tua.

A iudíciis tuis non declinàui:quia tu legem poſuíſti mihi.

Quàm dúlcia faúcibus meis elóquia tua:ſuper mel ori meo.

A mandátis tuis intelléxi:proptérea odíui omnem viam iniquitátis.



Aña. Alleluia, allelúia, allelúia, allelúia.

Capitulum. Empti enim eſtis prétio magno: glorificáte,& portáte Deum in córpore veſtro. ℣. Ab occúltis meis munda me Dómine. ℟. Et ab aliénis parce ſeruo tuo.

Collecta.

Dies noſtros,quæſumus Dómine placátus inténde: paritérque nos & à peccá-[illegible] abſólue propítius: & à cunctis éripe b[illegible] Per D[illegible]um

niæ vſque ad Quadrageſimam. Collecta.

FIdéles tuos, quæſumus Dómine córpore páriter & mente purífica: vt tua inſpiratióne compúncti noxias delectatiónes vitáre præuáleant. Per Dóminum.

Tempore Paſchali, ad Nonam, Antiph.



Al le lúia, al lelúia, al lelúia, al lelúia,



allelúia, allelúia, allelúia, allelu ia iiij.

Feria ſecunda, ad Tertiam.



Aña. Adiúua me. viij.

LVcérna pédibus meis verbum tuum: & lumen ſémitis meis.

Iuráui & ſtátui: cuſtódire iudícia iuſtítiæ tuæ.

Humiliátus ſum vſquequáque Dómine: viuífica me ſecúndùm verbum tuum.

Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine: & judicia tua doce me.

Anima mea in mánibus meis semper:& legem tuam non sum oblítus.

Posuérunt peccatóres láqueum mihi:& de mandátis tuis non erráui.

Hæreditáte acquisíui testimónia tua in ætérnum : quia exultátio cordis mei sunt.

Inclináui cor meũ ad faciéndas iustificatiónes tuas in ætérnũ : propter retributiónem.

INíquos ódio hábui:& legem tuam diléxi.

Adiútor, & suscéptor meus es tu : & in verbum tuum supersperáui.

Declináte à me malígni : & scrutábor mandáta Dei mei.

Súscipe me secúndùm elóquium tuum, & viuam : & non confúndas me ab expectatióne mea.

Adiúua me, & saluus ero : & meditábor in iustificatiónibus tuis semper.

Spreuísti omnes discedéntes à iustítiis tuis: quia iniústa cogitátio eórum.

Præuaricántes reputáui omnes peccatóres terræ : ídeò diléxi testimónia tua.

Cónfige timóre tuo carnes meas: à iudíciis enim tuis tímui.

FEci iudícium, & iuſtítiam: non tradas me calumniántibus me.

Súſcipe ſeruum tuum in bonum: non calumniéntur me ſupérbi.

Oculi mei defecérunt in Salutáre tuum: & in elóquium iuſtítiæ tuæ.

Fac cum ſeruo tuo ſecúndùm miſericórdiam tuam: & iuſtificatiónes tuas doce me.

Seruus tuus ſum ego: da mihi intelléctum vt ſciam teſtimónia tua.

Tempus faciéndi Dómine: diſsipauérunt legem tuam.

Ideò diléxi mandáta tua: ſuper aurum & topázion.

Proptérea ad ómnia mandáta tua dirigébar: omnem viam iníquam ódio hábui.




Aña. Adiúua me & ſaluus ero, Dómine.

Capitulum. Sana me Dómine. ℣. Adiútor

meus. Colle. Vox clamántis Alia Collecta. De⁹ innocéntiæ. Quære poſt in feria tertia. Tempore Paſchali, Antiph. Allelúia. vij.

Feria ſecunda, ad Sextam.



Aña. Aſpice in me. 8.

MIrabília teſtimónia tua: ídeò ſcrutáta eſt ea ánima mea.

Declarátio ſermónum tuórum illúminat: & intelléctum dat páruulis.

Os meum apérui & attráxi ſpíritum: quia mandáta tua deſiderábam.

Aſpice in me, & miſerére mei: ſecúndùm iudícium diligéntium nomen tuum.

Greſſus meos dírige ſecúndùm elóquium tuũ: & nõ dominétur mei omnis iniuſtítia.

Rédime me à calúmniis hóminum: vt cuſtódiam mandáta tua.

Fáciem tuam illúmina ſuper ſeruum tuum: & doce me iuſtificatiónes tuas.

Exitus aquárũ deduxérunt óculi mei: quia

non custodiérunt legem tuam.

IVstus es Dómine : & rectum iudícium tuum.

Mandásti iustítiam testimónia tua : & veritátem tuam nimis.

Tabéscere me fecit zelus meus : quia oblíti sunt verba tua inimíci mei.

Ignítum elóquium tuum veheménter : & seruus tuus diléxit illud.

Adolescéntulus sum ego, & contémptus: iustificatiónes tuas non sum oblítus.

Iustítia tua, iustítia in ætérnum : & lex tua véritas.

Tribulátio & angústia inuenérunt me: mandáta tua meditátio mea est.

Æquitas testimónia tua in ætérnum : intelléctum da mihi, & viuam.

CLamáui in toto corde meo, exáudi me Dómine : iustificatiónes tuas requiram.

Clamáui ad te, saluum me fac: vt custódiam

Præuéni in maturitáte, & clamáui: quia in verba tua ſuperſperáui.

Præuenérunt óculi mei ad te dilúculo: vt meditárer elóquia tua.

Vocem meam audi ſecúndùm miſericórdiam tuam Dómine: et ſecúndùm iudícium tuum viuífica me.

Appropinquauérunt perſequéntes me iniquitáti: à lege autem tua longè facti ſunt.

Prope es tu Dómine: & omnes viæ tuæ véritas.

Inítio cognóui de teſtimóniis tuis: quia in æternum fundaſti ea. Gloria Patri.

Antiphona per annum de 8. tono.



Aspice in me Domine et mi se re re mei.

Capitulum. Alter alterius. Vers: Dominus regit me. Oratio conveniens.

Feria ſecunda, ad Nonam.



Aña. Vide hu militátem. iiij.

VIde humilitátem meam, & éripe me: quia legem tuam non ſum oblítus.

Iúdica iudícium meum, & rédime me: propter elóquium tuum viuífica me.

Longè à peccatóribus ſalus: quia iuſtificatiónes tuas non exquiſiérunt.

Miſericórdiæ tuæ multæ Dómine: ſecúndùm iudícium tuum viuífica me.

Multi, qui perſequúntur me, & tríbulant me: à teſtimónijs tuis non declináui.

Vidi præuaricántes, & tabeſcébam: quia elóquia tua non cuſtodiérunt.

Vide quóniam mandáta tua diléxi Dómine: in miſericórdia tua viuífica me.

Principium verbórum tuórum véritas: in ætérnum ómnia iudícia iuſtítiæ tuæ.

PRíncipes perſecúti ſunt me gratis: & à verbis tuis formidáuit cor meum

Lætábor ego ſuper elóquia tua: ſicut qui inuénit ſpólia multa.

Iniquitátem ódio hábui, & abominátus ſum: legem autem tuam diléxi.

Sépties in die laudem dixi tibi: ſuper iudícia iuſtítiæ tuæ.

Pax multa diligéntibus legem tuam: & non eſt illis ſcándalum.

Expectábam Salutáre tuum Dómine: & mandáta tua diléxi.

Cuſtodíuit ánima mea teſtimónia tua: & diléxit ea veheménter

Seruáui mandáta tua, & teſtimónia tua: quia omnes viæ meæ in conſpéctu tuo.

APpropínquet deprecátio mea in conſpéctu tuo, Dómine: iuxta elóquium tuum da mihi intelléctum.

Intret poſtulátio mea in conſpéctu tuo: ſecúndùm elóquium tuum éripe me.

Eructábunt lábia mea hymnum: cùm docúeris me iuſtificatiónes tuas.

Pronunciabit lingva mea eloqvium tuum


quia ómnia mandáta tua ǽquitas.

Fiat manus tua, vt ſaluet me: quóniam mandáta tua elégi.

Concupíui Salutáre tuum Dómine: & lex tua meditátio mea eſt.

Viuet ánima mea, & laudábit te: & iudícia tua adiuuábunt me.

Erráui ſicut ouis, quæ périjt: quære ſeruum tuũ, quia mãdáta tua non ſum oblítus. Añа.



Vide humilitátem meam Dñe & éripe me.

Capitulum. Empti enim eſtis. ℣. Ab occúltis. vt ſuprà in Dominica. Collecta. Fac nos. Alia Collecta. Quǽſumus omnípotens Deus. vt infrà in feria tertia.

Tempore Paſchali, Antiphona.

Alleluia. viij.

Feria tertia, ad Tertiam.

Antiphona per annum [illegible] tono.



Clamavi E u o u a e

Psalmus 119.

AD Dóminum cùm tribulárer clamáui: & exaudíuit me.

Dómine líbera ánimam meam à lábiis iníquis: & à lingua dolósa.

Quid detur tibi aut quid apponátur tibi: ad linguam dolósam.

Sagíttæ poténtis acútæ: cum carbónibus desolatórijs.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est, habitáui cum habitántibus Cedar: multùm íncola fuit ánima mea.

Cum his, qui odérunt pacem eram pacíficus: cùm loquébar illis, impugnábant me gratis.

Psalmus 120.

LEuáui óculos meos in montes: vnde véniet auxílium mihi.

Auxílium meum à Dómino: qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotiónem pedem tuum: neque dormítet qui custódit te.

Ecce non dormitábit neque dórmiet: qui custódit Isráel.

Dóminus custódit te: Dóminus protéctio tua super manum déxteram tuam.

Per diem Sol non vret te: neque Luna per noctem.

Dóminus custódit te ab omni malo: custódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus custódiat introítum tuum, & éxitum tuũ: ex hoc nunc & vsque in sæculum.

Psalmus 121.

LÆtátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes nostri: in átriis tuis Hierúsalem.

Hierúsalem quæ ædificátur vt cíuitas: cuius participátio eius in idípsum.

Illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini testimónium Isráel ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illic sedérunt sedes in iudício: sedes super domum Dauid.

Rogáte, quæ ad pacem ſunt Ierúſalem: & abundántia diligéntibus te.

Fiat pax in virtúte tua: & abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos, & próximos meo[s] loquébar pacem de te.


Propter domum Dómini Dei noſtri: qu[æ]ſíui bona tibi.

Feria tertia, Antiphona.



Clamáui, & exaudíuit me. j.

Feria quarta, Antiphona.



Dómine líbera ánimam meam. viij.

Feria quinta, Antiphona.



Auxíli um meum à Dómino. viij.

Feria ſexta, Antiphona.



[D]óminus cuſtódiat introítum tuum, &

Vers: Dicet Dno susceptor meus es tu, et refugium meum.
Resp: DEUS meus sperabo in eum.
Kyrie eleison. Pater noster.
Oratio Feriæ propria.
Ad Sextiam Aña Infra Hebdom: Passionis.

Judicasti Domine causam animæ meæ defensor
vitæ meæ Domine DEUS meus.

Capitulum.

Domine, omnes, qui te derelinqvunt confun
dentur: recedentes à te, in terra scribentu
... derelinqverunt ... venam aqva
... DEO Gratias.

... ut fortem.
... propria Feriæ.
... a 7 Alleluja.

... le luja
... VIIIj.
... uja
... te Gr. ℣ Surg,
℟ Qui pro nobis
... in conveniente

Rogáte, quæ ad pacem ſunt Ieruſalem: & abundántia diligéntibus te.

Fiat pax in virtúte tua: & abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos, & próximos meo[s] loquébar pacem de te.

Propter domum Dómini Dei noſtri: qu[æ]síui bona tibi. Feria tertia, Antiphona.



Clamáui, & exaudíuit me. i.

Capitulum per Annum. 280

Sana me Domine, et ſanabor: salvum me fac, et ſalvus ero: * quoniam Laus mea tu es. V: Adjutor meus esto, nè derelinqvas me.

Resp: Neqve despicias me DEUS ſalutaris meus.

Oratio conveniens.

In ferijs Quadrageſimæ à Feria 2 post Dnicam 1. usqve ad Dnicam Paſſionis. Ad Tertiam Aña de V. tono



Non in ſo lo pane vi vit homo, sed in om ni ver



bo qvod procedit de o re DEI. Capitulum: Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejunio, & fletu, et planctu: et ſcindite corda vestra, et non veſtimenta veſtra, * ait Dominus Omnipotens. R: DEO Gratias.

Vers: Dicet Dño susceptor meus es tu, et refugium meum.
Resp: DEUS meus sperabo in eum.

Kyrie eleison. Pater noster.

Oratio Feriæ propria.

Ad Tertiam Aña Infra Hebdom: Passionis:



Ju dicasti Domine causam animæ meæ defen sor



vi tæ meæ Domine DEUS me us.

Capitulum.

Domine, omnes, qui te derelinquunt confun dentur: recedentes à te, in terra scribentur * quoniam dereliquerunt venam aqua rum viventium Dominum. ℟: DEO Gratias.

Vers: Diviserunt sibi vestimenta mea:
Resp: Et super vestem meam miserunt sortem.

Kyrie eleison. Pater noster. Oratio propria Feriæ.

Tempore Paschali ad Tertiam Aña 7 Alleluja.



Al le lu ja, alleluja, alleluja, al le lu ja



alle luja al lelu ja al lelu ja

Capit: Christus resurgens ex morte &c. ℣: Surre xit Dominus de sepulchro, alleluja. ℟: Qui pro nobis pependit in ligno, alleluja. Oratio conveniens.

t ſpíritus tui feruóre concépto, & in fide inueniántur ſtábiles: & in opére efficáces. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum Fílium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitáte eiúſdem.

Tempore Paſchali, Antiph. Allelúia. vij.

Feria tertia, ad Sextam.



Aña. Qui hábitas viij. Pſalmus 122.

AD te leuáui óculos meos: qui hábitas in cœlis.

Ecce ſicut óculi ſeruórum: in mánibus dominórum ſuórum.

Sicut óculi ancíllæ in mánibus dóminæ ſuæ: ita óculi noſtri ad Dóminum Deum noſtrum donec miſereátur noſtri.

Miſerére noſtri Dómine, miſerére noſtri: quia multum repléti ſumus deſpectióne.

Quia multum repléta eſt ánima noſtra: oppróbrium abundántibus, & deſpéctio ſuper[illegible]

Psalmus 123.

NIsi quia Dóminus erat in nobis, dicat nũc Israël: nisi quia Dñs erat in nobis.

Cùm exúrgerent hómines in nos: fortè viuos deglutíssent nos.

Cùm irasceretur furor eórum in nos: fórsitan aqua absorbuísset nos.

Torréntem pertransíuit ánima nostra: fórsitan pertransísset ánima nostra aquam intolerábilem.

Benedíctus Dóminus: qui non dedit nos in captiónem déntibus eórum.

Anima nostra sicut passer erépta est: de láqueo venántium. láqueus contrítus est: & nos liberáti sumus.

Adiutórium nostrum in nómine Dómini: qui fecit cœlum & terram.

Psalmus 124.

QVi confídunt in Dómino sicut mons Sion: nõ commouébitur in ætérnum qui hábitat in Ierúsalem

Montes in circúitu eius: & Dñs in circúitu pópuli sui: ex hoc nũc & vsque in sæculum.

Feria tertia,

Quia non relínquet Dóminus virgam peccatórum ſuper ſortem iuſtórum: vt non extendant iuſti ad iniquitátem manus ſuas.

Benefac Dómine bonis & rectis corde.

Declinántes autem in obligatiónes, addúcet Dóminus cum operántibus iniquitátem: pax ſuper Iſráel.

Feria tertia.



Aña. Qui hábitas in cœlis miserére nobis.

In Feryis Quadragesimæ à Feria secunda post Dominicam primam usq. ad Dnicam Passionis.

Ad Sextam Aña de 1. Tono.

284



[C]om̃endemus nosmetipsos in multa pati en ti a in



[i]ejuni is multis per arma jus ti ti æ.

[C]apit: Derelinquat impius viam suam, & [v]ir iniquus cogitationes suas, & revertatur ad Dominum, & miserebitur ejus, ✱ [e]t ad DEUM nostrum, quoniam multus [e]st ad ignoscendum. Resp. DEO Gratias.

Vers. Ipse liberavit me de laqueo venantium.

Resp. Et à Verbo aspero, Kyrie Pater. Orão ppria Fer.

Feria quarta.




Aña. Miseré re nostri Dñe miserére nostri.

Feria quinta.



Aña. Adiutóriũ nostrũ in nómine Dómini.

Feria sexta.



Aña. Non commouébitur in ætérnum qui

Infra Hebdomadam Passionis.

Ad Sextam. Aña de VIJ Tono.



Capitulum.

Confundantur qui me persequuntur et non confundar ego: paveant illi, & non paveam ego: induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos Domine DEUS noster.

Vers: Insurrexerunt in me testes iniqui.

Resp: Et mentita est iniquitas sibi.

Kyrie. Pater noster. Oratio propria Feriæ.

Tempore Paschali Aña ad Sextam de VIIJ. to



Vers: Surrexit Dominus verè alleluja.

R. Et apparuit Simoni alleluja.

Oratio Conveniens.

285



hábitat in Ierúſalem. iiij.

Sabbato, Antiphona.



Benéfac Dómine bonis & rectis corde. viij.

Capitulum Alter altérius. ℣. Dóminus regit. vt ſuprà in Dominica. Collecta.

PRopitiáre Dómine ſupplicatiónibus noſtris: & animárum noſtrárum medére languóribus: vt remiſsióne percépta, de tua ſemper benedictióne lætémur. Per.

Quæ dicitur à Trinitate vſq; ad Aduẽtum. Et ſequens dicitur ab octa. Epiphaniæ vſque ad feriam quartam Cinerum.

Collecta.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus: vt inter innuméros vitæ præſéntis erróres, tuo sẽper moderámine dirigámur. Per.

Tempore Paſchali, ad Sextam, Antiphona.

Alleluia. v. Sicut in die Domin

Feria tertia, ad Nonam.



Aña Beati omnes ij. ... Dominus. ij. Pſalmus 125.

IN conuertẽdo Dóminus captiuitátem Sion: facti ſumus ſicut conſoláti.

Tunc replétum eſt gaúdio os noſtrum: & língua noſtra exultatióne.

Tunc dicent inter gentes: magnificáuit Dóminus fácere cum eis.

Magnificáuit Dóminus fácere nobíſcum: facti ſumus lætántes.

Conuérte Dómine captiuitátem noſtram: ſicut torrens in auſtro.

Qui ſéminant in lácrymis: in exultatióne metent.

Eúntes ibãt, & flebãt: mitténtes ſémina ſua.

Veniéntes autem vénient cum exultatióne: portántes manípulos ſuos. Pſalmus 126.

NIſi Dóminus ædificáuerit domum: in vanũ laborauérũt, qui ædíficant eam.

Niſi Dóminus cuſtodíerit ciuitátem: fru-

ſtra vígilat, qui cuſtódit eam.

Vanum eſt vobis ante lucem ſúrgere: ſúrgite poſtquam ſedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cùm déderit diléctis ſuis ſomnũ: ecce hæréditas Dómini fílij merces, fructus vẽtris.

Sicut ſagíttæ in manu poténtis: ita fílij excuſſórum.

Beátus vir, qui impléuit deſidérium ſuum ex ipſis: non confundétur cùm loquétur inimícis ſuis in porta. Pſalmus 127.

BEáti omnes qui timent Dóminum: qui ámbulant in viis eius.

Labóres mánuum tuárum quia manducábis: beátus es, & benè tibi erit.

Vxor tua ſicut vitis abúndans: in latéribus domus tuæ.

Fílij tui ſicut nouéllæ oliuárum: in circúitu menſæ tuæ.

Ecce ſic benedicétur homo: qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion: & videas

bona Ierúſalem ómnibus diébus vitæ tuæ.
Et vídeas fílios filiórum tuórum: pacem ſuper Iſráel.

Feria tertia.



Aña. Facti ſumus ſicut conſoláti. j.

Feria quarta.




Aña. Conuérte Dómine captiuitátem no-



ſtram ſicut torrens in auſtro. vij.

Feria quinta.



Aña. Beátus vir qui impléuit deſíderium



bona Ierúsalem ómnibus diébus vitæ tuæ.
Et vídeas fílios filiórum tuórum: pacem super Isráel.

288

In Feriis Quadrag: à Feria 2. post Dnicam 1 usque ad Dnicam Passion: ad Nonã. Ana de J



Capitulum.

Frange esurienti panem tuum, & egeno vagosque induc in domum tuam: cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam nè despexeris. Resp: DEO Gratias.


Vers. Scapulis suis obumbravit tibi.
Resp: Et sub pennis ejus sperabis.

Oratio propria Feriæ.

288

Infrà Hebdomadam Passionis.

Ad Nonam Añña de VIJ. Tono.



Capit. Recordare qvod steterim in conspectu tuo, ut loqverer pro eis bonum: et averterem indignationem tuam ab eis. Resp. Deo Gratias.


Vers. Nè perdas cũ impÿs Deus animam meam.

Resp. Et cum Viris Sangvinum vitam meam.


Oratio conveniens.




bona Ierúsalem ómnibus diébus vitæ tuæ.



Sabbato.



Aña. Benedícat tibi Dóminus ex Sion, & ví-



deas bona Ierúſalem. iij.

Capitulum. Empti enim eſtis. ℣. Ab occúltis.

Collecta.

FAc nos quæſumus Dómine Deus noſter in tua deuotióne gaudére: quia perpétua es, & plena fœlícitas ſi tibi bonórum ómniũ ſeruiámus auctóri. Per Dóminum.

Quæ dicitur à Trinitate vſq; ad Aduẽtum. Et ſequens dicitur ab octa. Epiphaniæ vſque ad feriam quartam Cinerum.

Collecta.

QVæſumus omnípotens Deus, ne nos tua grátia derelínquat: quæ & erróres noſtros ſemper amóueat, & nóxia cuncta depéllat. Per Dóminum noſtrum.

Tempore Paſchali, Antiph. Allelúia. viij.

Feria tertia,
Pſalmus 128.

SÆpè expugnauérunt me à iuuentúte mea: dicat nunc Iſráël.

Sæpè expugnauérunt me à iuuentúte mea: étenim non potuérunt mihi.

Supra dorſum meum fabricauérunt peccatóres: prolongauérunt iniquitátem ſuam.

Dóminus iuſtus concídet ceruíces peccatórum: confundántur & conuertántur retrórſum omnes qui odérunt Sion.

Fiant ſicut fœnum tectórum: quod priúſquam euellátur exáruit.

De quo non impléuit manum ſuã qui metit: & ſinum ſuum qui manípulos cólligit.

Et non dixérunt, qui præteríbant, benedíctio Dómini ſuper vos: benedíximus vobis in nómine Dómini. Antiphona.



Benedíximus vobis in nómine Dómini.

Feria ſecunda ad Veſperas, Capitulum.

Benedíctus Deus. vt ſuprà in Dominica.



℟. Adiutórium nostrũ in nómine Dómini.



℣. Qui fecit cœlum & terram. In nómine.

Hymnus. Deus creátor. ℣. Dirigátur Dómine orátio mea. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

V. Ad Magnificat.




Aña. Exúltet spíritus meus in Dómino Deo



Salutári meo. V. Collecta de Dñica currente.

Feria tertia ad Vesperas.



Aña. De profúndis. 8. Psalmus 129.

DE profúndis clamáui ad te Dómine: Dómine exáudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes: in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes obſeruáueris Dómine: Dómine, quis ſuſtinébit?

Quia apud te propitiátio eſt: & propter legem tuam ſuſtínui te Dómine.

Suſtínuit ánima mea in verbo eius: ſperáuit ánima mea in Dómino.

A cuſtódia matutína vſque ad noctem: ſperet Iſráel in Dómino.

Quia apud Dóminum miſericórdia: & copióſa apud eum redémptio.

Et ipſe rédimet Iſráel: ex ómnibus iniquitátibus eius.



Aña. De profúndis clamáui ad te Dómine.



Aña. Speret. j. Pſalmus 130.


Domine non eſt exaltátum cor meum: neque eláti ſunt óculi mei.

Neque ambuláui in magnis: neque in mirabílibus ſuper me.

Si non humíliter ſentiébam : ſed exaltáui ánimam meam.

Sicut ablactátus eſt ſuper matre ſua : ita retribútio in ánima mea.

Speret Iſráel in Dómino : ex hoc nunc, & vſque in ſǽculum.

Aña.

Speret Iſráel in Dómino.

Aña.

Et omnis. j. Pſalmus 131.

MEménto Dómine Dauid : & omnis manſuetúdinis eius.

Sicut iuráuit Dño : votum vouit Deo Iacob.

Si introíero in tabernáculum domus meæ : ſi aſcéndero in lectum ſtrati mei.

Si dédero ſomnum óculis meis : & pálpebris meis dormitatiónem.

Et réquiem tempóribus meis donec inuéniam locum Dómino : tabernáculum Deo Iacob.

Ecce audíuimus eam in Ephráta: inuénimus eam in campis ſyluæ.

Introíbimus in tabernáculum eius: adorábimus in loco vbi ſtetérunt pedes eius.

Surge Dómine in réquiem tuam: tu & arca ſanctificatiónis tuæ.

Sacerdótes tui induántur iuſtítiam: & ſancti tui exúltent.

Propter Dauid ſeruum tuum: non auértas fáciem Chriſti tui.

Iuráuit Dóminus Dauid veritátem, & non fruſtrábitur eum: de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.

Si cuſtodíerint fílij tui teſtaméntū meum: & teſtimónia mea hæc, quæ docébo eos.

Et fílij eórum vſque in ſæculum: ſedébunt ſuper ſedem tuam.

Quóniam elégit Dóminus Sion: elégit eam in habitatiónem ſibi.

Hæc réquies mea in ſæculum ſæculi: hîc habitábo, quóniam elégi eam.

Víduam eius benedícens benedícam: páu-

peres eius ſaturábo pánibus.

Sacerdótes eius índuam Salutári:& Sanƈti eius exultatióne exultábunt.

Illuc producam cornu Dauid:paráui lucérnam Chriſto meo.

Inimícos eius índuam confuſióne : ſuper ipſum autem efflorébit ſanƈtificátio mea.



Aña. Et omnis manſuetúdinis eius. i.



Aña. Habitáre. i. Pſalmus 132.

ECce quàm bonum & quàm iucúndum: habitáre fratres in vnum.

Sicut vnguéntum in cápite : quod deſcéndit in barbam, barbam Aaron.

Quod deſcéndit in oram veſtiménti eius: ſicut ros Hermon, qui deſcéndit in montem Sion.


Quóniam illic mandáuit Dóminus benediƈtiónem:& vitam ✝ vſque in ſǽculum.



Aña. Habitáre fratres in vnum.

Capitulum. Benedíctus Deus. ℟. Adiutórium noſtrum. Hymnus. Deus creátor. ℣. Dirigátur.

Ad Magnificat, Antiphona.



Reſpexíſti humilitátem meam Dómine



Deus meus. j.

Pſalmus 133.

ECce nunc benedícite Dóminum: omnes ſerui Dómini.

Qui ſtatis in domo Dómini: in átriis domus Dei noſtri.

In nóctibus extóllite manus veſtras in Sancta: & benedícite Dóminum.

Benedícat te Dóminus ex Sion: qui fecit cœlum & terram.

Feria quarta, ad Veſperas.



Aña. Omnia. iij. 3 Pſalmus 134.

LAudáte nomen Dómini : laudáte ſerui Dóminum.

Qui ſtatis in domo Dómini : in átriis domus Dei noſtri.

Laudáte Dóminum, quia bonus Dóminus: pſállite nómini eius, quóniam ſuáue eſt.

Quóniam Iacob elégit ſibi Dóminus: Iſráel in poſſeſsiónem ſibi.

Quia ego cognóui quòd magnus eſt Dóminus : & Deus noſter præ ómnibus diis.

Omnia quæcúnque vóluit Dóminus fecit in cœlo, & in terra : in mari, & in ómnibus abýſsis.

Edúcens nubes ab extrémo terræ : fúlgura in plúuiam fecit.

Qui prodúcit ventos de theſaúris ſuis : qui percúſsit primogénita Ægýpti ab hómine vſque ad pecus.

Et misit signa & prodígia in médio tui Ægýpte: in Pharaónem, & in omnes seruos eius.

Qui percússit gentes multas: & occídit Reges fortes.

Sehon Regem Amorrhæórum, & Og Regem Basan: & ómnia regna Chánaan.

Et dedit terram eórum hæreditátem: hæreditátem Isráel pópulo suo.

Dómine nomen tuum in ætérnum: Dómine memoriále tuum in generatiónem & generatiónem.

Quia iudicábit Dóminus pópulum suum: & in seruis suis deprecábitur.

Simuláchra géntium argéntum, & aurum: ópera mánuum hóminum.

Os habent, & non loquéntur: óculos habent, & non vidébunt.

Aures habent, & non áudient: neque enim est spíritus in ore ipsórum.

Símiles illis fiant, qui fáciunt ea: & omnes qui confídunt in eis.

Domus Isráel benedícite Dómino: domus

Aaron

Aaron benedícite Dómino.

Domus Leui benedícite Dómino: qui timétis Dóminum, benedícite Dómino.

Benedíctus Dóminus ex Sion: qui hábitat in Ierúſalem.

Antiphona.



Omnia, quæcúnque vóluit, Dóminus fecit.



Aña. Qóniam. 3.

Pſalmus 135.

COnfitémini Dómino quóniã bonus: quóniã in ætérnum miſericórdia eius.

Confitémini Deo deórum: quóniam in ætérnum miſericórdia eius.

Cõfitémini Dómino dominórũ: quóniam.

Qui facit mirabília magna ſolus: quóniam.

Qui fecit cœlos in intelléctu: quóniam.

Qui firmáuit terram ſuper aquas: quóniam.

Qui fecit luminária magna.

Solem in poteſtátem diéi.

Lunam & ſtellas in poteſtátem noctis.

Qui percúſsit Ægýptum cum primogéni-tis eórum.

Qui edúxit Iſráel de médio eórum.

In manu poténti, & bráchio excélſo.

Qui diuíſit mare Rubrum in diuiſiónes.

Et edúxit Iſráel per médium eius.

Et excúſsit Pharaónem, & virtútem eius in mari Rubro.

Qui tradúxit pópulum ſuũ per deſértum.

Qui percúſsit Reges magnos.

Et occídit Reges fortes.

Sehon Regem Amorrhæórum.

Et Og Regem Baſan.

Et dedit terram eórum hæreditátem.

Hæreditátem Iſráel ſeruo ſuo.


Quia in humilitáte noſtra memor fuit no-ſtri.

Et redémit nos ab inimícis noſtris.

Qui dat eſcam omni carni.

Confitémini Deo cœli.

Confitémini Dómino dominórum: quo-niam in ætérnum miſericórdia eius.



Aña. Quóniam in ætérnũ misericórdia eius.



Vña. Hymnum cantáte. viij. Psalmus 136.

SVper flúmina Babylónis illic sédimus & fléuimus: dum recordarémur Sion.

In salícibus in médio eius: suspéndimus órgana nostra.

Quia illic interrogauérunt nos, qui captíuos duxérunt nos: verba cantiónum.

Et qui abduxérunt nos: hymnum cantáte nobis de cánticis Sion.

Quómodo cantábimus cánticum Dómini: in terra aliéna?

Si oblítus fúero tui Ierúsalem: obliuióni detur déxtera mea.

Adhæreat língua mea fáucibus meis: si non memínero tui.

Si non proposúero Ierúsalem: in princípio lætítiæ meæ.

Memor eſto Dómine filiórum Edom: in die Hierúſalem.

Qui dicunt, exinaníte exinaníte, vſque ad fundaméntum in ea.

Fília Babylónis míſera: beátus qui retríbuet tibi retributiónem tuam, quam retribuíſti nobis.

Beátus qui tenébit: & allídet páruulos tuos ad petram.

Aña.


Hymnũ cãtáte nobis de cánticis Sion.

Aña.


In conſpéctu. v. Pſalmus 137.

COnfitébor tibi Dómine in toto corde meo: quóniam audíſti verba oris mei.

In conſpéctu Angelórum pſallam tibi: adorábo ad templum ſanctum tuum, & confitébor nómini tuo.

Super miſericórdia tua, & veritáte tua: quóniam magnificáſti ſuper omne nomen ſanctum tuum.

In quacúmque die inuocáuero te exáudi me: multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteántur tibi Dómine omnes reges terræ: quia audiérunt ómnia verba oris tui.

Et cantent in viis Dómini: quóniam magna eſt glória Dómini.


Quóniam excélſus Dóminus, & humília réſpicit: & alta à longè cognóſcit.

Si ambuláuero in médio tribulatiónis viuificábis me: & ſuper iram inimicórum meórum extendíſti manum tuam, & ſaluum me fecit déxtera tua.

Dóminus retríbuet pro me: Dómine miſericórdia tua in ſæculum ópera mánuum tuárum ne deſpícias.



Añ. In conſpéctu Angelórum pſallam



tibi Deus meus.

Capitulum. Benedíctus Deus. ℟. Adiutórium noſtrũ. Hymnus. Deus creátor óm-

nium. ℣. Dirigátur. Ad Magnificat, Aña.



Quia fecit mihi Dóminus magna qui po-



tens eſt, & ſanctum nomen eius. j.

Feria quinta, ad Veſperas.



Aña. Dómine. 3. Pſalmus 138.

DOmine probáſti me, & cognouíſti me: tu cognouíſti ſeſsiónem meam, & reſurrectiónem meam.

Intellexíſti cogitatiónes meas de longè: ſémitam meã & funículum meũ inueſtigáſti.

Et omnes vias meas præuidíſti: quia non eſt ſermo in lingua mea.

Ecce Dómine tu cognouíſti ómnia nouíſsima & antíqua: tu formáſti me, & poſuíſti ſuper me manum tuam.

Mirábilis facta eſt ſciéntia tua ex me: confortáta eſt, & non pótero ad eam.

Quò ibo à spíritu tuo: & quo à fácie tua fúgiam?

Si ascéndero in cœlum, tu illic es: si descéndero in inférnum, ades.

Si súmpsero pennas meas dilúculo: & habitáuero in extrémis maris.

Etenim illuc manus tua dedúcet me: & tenébit me déxtera tua. Diuisio.

ET dixi, fórsitã ténebræ cõculcábũt me: & nox illuminátio mea in delíciis meis.

Quia ténebræ non obscurabúntur à te, & nox sicut dies illuminábitur: sicut ténebræ eius, ita & lumen eius.

Quia tu possedísti renes meos: suscepísti me de vtero matris meæ.

Confitébor tibi quia terribíliter magnificátus es: mirabília ópera tua, & ánima mea cognóscet nimis.

Non est occultátum os meum à te, quòd fecísti in occúlto: & substántia mea in inferióribus terræ.

Imperféctum meum vidérunt óculi tui, &

in libro tuo omnes ſcribéntur : dies formabúntur, & nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificáti ſunt amíci tui Deus : nimis confortátus eſt principátus eórum.

Dinumerábo eos, & ſuper arénã multiplicabúntur : exurréxi, & adhuc ſum tecum.

Si occíderis Deus peccatóres : viri ſánguinum declináte à me.

Quia dícitis in cogitatióne : accípient in vanitáte ciuitátes ſuas.

Nonne, qui odérunt te, Dómine, óderam: & ſuper inimícos tuos tabeſcébam.

Perfécto ódio óderam illos: & inimíci facti ſunt mihi.

Proba me Deus, & ſcito cor meum: intérroga me, & cognóſce ſemitas meas.

Et vide ſi via iniquitátis in me eſt: & deduc



3 tono Dómine probáſti me, & cognouíſti me.

Antiphonã

Aña. 

A viro. 4. tono **Pſalmus 139.**

ERipe me Dómine ab hómine malo : à viro iníquo éripe me.

Qui cogitauérunt iniquitátes in corde:tota die conſtituébant prælia.

Acuérunt línguas ſuas ſicut ſerpéntes : venénum áſpidum ſub lábiis eórum.

Cuſtódi me Dómine de manu peccatóris: & ab homínibus iníquis éripe me.

Qui cogitauérunt ſupplantáre greſſus meos: abſcondérunt ſupérbi láqueum mihi.

Et funes extendérunt in láqueum:iuxta iter ſcándalum poſuérunt mihi.

Dixi Dómino, Deus meus es tu ; exáudi Dómine vocem deprecatiónis meæ.

Dómine , Dómine virtus ſalútis meæ: obumbráſti ſuper caput meum in die belli.

Non tradas me Dómine à deſidério meo peccatóri : cogitauérunt contra me , ne derelínquas me , ne fortè exalténtur.

Caput circúitus eórum: labor labiórum ipſórum opériet eos.

Cadent ſuper eos carbónes, in ignem deíicies eos: in miſériis non ſubſiſtent.

Vir linguóſus non dirigétur in terra: virum iniúſtum mala cápient in intéritu.

Cognóui quia fáciet Dóminus iudícium ínopis: & vindíctam páuperum.

Verúntamen iuſti confitebúntur nómini tuo: & habitábunt recti cum vultu tuo.



Aña. A viro iníquo líbera me Dómine.



Aña. Dómine. 8 Pſalmus 140.

DOmine clamáui ad te, exáudi me: inténde voci meæ, cùm clamáuero ad te.

Dirigátur orátio mea, ſicut incénſum in conſpéctu tuo: eleuátio mánuum meárum ſacrifícium veſpertínum.

Pone Dómine cuſtódiam ori meo: &


óſtium

óſtium circunſtántiæ lábiis meis.
Non declínes cor meum in verba malítiæ: ad excuſándas excuſatiónes in peccátis.
Cum homínibus operántibus iniquitátem: & non communicábo cum eléctis eórum.
Corrípiet me iuſtus in miſericórdia, & increpábit me: óleum autem peccatóris non impínguet caput meum.
Quóniã adhuc & orátio mea in beneplácitis eórũ: abſórpti ſũt iuncti petræ iúdices eórũ.
Aúdient verba mea quóniam potuérunt: ſicut craſsitúdo terræ erúpta eſt ſuper terrã.
Diſsipáta ſunt oſſa noſtra ſecus inférnum: quia ad te Dómine, Dómine, óculi mei: in te ſperáui, non aúferas ánimam meam.
Cuſtódi me à láqueo, quem ſtatuérunt mihi: & à ſcándalis operántium iniquitátem.
Cadent in retiáculo eius peccatóres: ſinguláriter ſum ego donec tránſeam.




Añа. Dómine clamáui ad te, exáudi me.

Capitulum. Benedíctus Deus. ℟. Adiutórium noſtrum. Hymnus. Deus creátor. ℣. Dirigátur. Ad Magnificat, Antiphona.




Depóſuit poténtes Sãctos perſequéntes &



exaltáuit húmiles Chriſtũ cõfiténtes. iij.

Feria ſexta, ad Veſperas.



Aña. Pórtio mea. 8. Pſalmus 141.

VOce mea ad Dóminum clamáui: voce mea ad Dóminum deprecátus ſum.

Effúndo in conſpéctu eius oratiónẽ meam: & tribulatiónem meam ante ipſum pronúntio.

In deficiéndo ex me ſpíritum meum: & tu cognouíſti ſémitas meas.

In via hac, qua ambulábam: abſcondérunt láqueum mihi.

Conſiderábam ad déxteram, & vidébam: &

non erat qui cognóſceret me.


Périit fuga à me: & non eſt qui requírat ánimam meam.

Clamáui ad te Dómine: dixi, tu es ſpes mea: pórtio mea in terra viuéntium.

Inténde ad deprecatiónem meam: quia humiliátus ſum nimis.

Líbera me à perſequéntibus me: quia confortáti ſunt ſuper me.

Educ de cuſtódia ánimam meam, ad confiténdum nómini tuo: me expéctant iuſti, donec retríbuas mihi.

Aña.


Pórtio mea Dómine ſit in terra viuētiū.

Aña.


Benedíctus. vj. Pſalmus 142.

DOmine exáudi oratiónem meam: áuribus pércipe obſecratiónem meam: in veritáte tua: exáudi me in tua iuſtítia.

Et non intres in iudícium cum ſeruo tuo:

quia non iuſtificábitur in conſpéctu tuo omnis viuens.
Quia perſecútus eſt inimícus ánimã meam: humiliáuit in terra vitam meam.
Collocáuit me in obſcúris, ſicut mórtuos ſǽculi: & anxiátus eſt ſuper me ſpíritus meus: in me turbátum eſt cor meum.
Memor fui diérum antiquórum, meditátus ſum in ómnibus opéribus tuis: & in factis mánuum tuárum meditábar.
Expándi manus meas ad te: ánima mea, ſicut terra ſine aqua tibi.
Velóciter exáudi me Dómine: defécit ſpíritus meus.
Non auértas fáciem tuam à me: & ſímilis ero deſcendéntibus in lacum.
Audítam fac mihi manè miſericórdiã tuam: quia in te ſperáui.
Notam fac mihi viam, in qua ámbulem: quia ad te leuáui ánimam meam.
Eripe me de inimícis meis Dómine, ad te confúgi: doce me fácere voluntátem

tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam: propter nomen tuum Dómine viuificábis me in æquitáte tua.

Edúces de tribulatióne ánimã meã: & in misericórdia tua diſpérdes oẽs inimícos meos.

Et perdes omnes qui tríbulãt ánimã meam: quóniã ego ſeruus tuus ſum. Pſalmus 143.

BEnedíctus Dóminus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium: & dígitos meos ad bellum.

Miſericórdia mea, & refúgium meum: ſuſcéptor meus, & liberátor meus.

Protéctor meus & in ipſo ſperáui: qui ſubdit pópulum meum ſub me.

Dómine quid eſt homo, quia innotuíſti ei: aut fílius hóminis, quia réputas eum?

Homo vanitáti símilis factus eſt: dies eius ſicut vmbra prætéreunt.

Dómine inclína cœlos tuos, & deſcénde: tange montes, & fumigábunt.

Fúlgura choruſcatiónem, & diſsipábis eos:

emítte ſagíttas tuas, & conturbábis eos.

Emítte manum tuam de alto: éripe me, & líbera me de aquis multis: & de manu filiórum alienórum.

Quorum os locútum eſt vanitátem: & déxtera eórum déxtera iniquitátis. Diuiſio.

Deus cánticum nouum cantábo tibi: in pſaltério decachórdo pſallam tibi.

Qui das ſalútem régibus: qui redemíſti Dauid ſeruũ tuũ: de gládio malígno éripe me.

Et érue me de manu filiórum alienórum: quorum os locútum eſt vanitátem: & déxtera eórum, déxtera iniquitátis.

Quorum fílij ſicut nouéllæ plantatiónes: in iuuentúte ſua.

Fíliæ eórum compóſitæ: circumornátæ vt ſimilitúdo templi.


Promptuária eórum plena: eructántia ex hoc in illud.

Oues eórum fœtóſæ, abundántes in egréſſibus ſuis: boues eórum craſſæ.

Non eſt ruína macériæ, neque tránſitus:

neque clamor in pláteis eórum.

Beátum dixérunt pópulum, cui hæc ſunt: beátus pópulus cuius Dóminus Deus eius.



Aña. Benedíctus Dóminus Deus meus.



Aña. In ætérnum.

Pſalmus 144.

EXaltábo te, Deus meus Rex: & benedícam nómini tuo in ſǽculum, & in ſǽculum ſǽculi.

Per ſíngulos dies benedícã tibi: & laudábo nomẽ tuũ in ſǽculum, & in ſǽculum ſǽculi.

Magnus Dóminus, & laudábilis nimis: & magnitúdinis eius non eſt finis.

Generátio, & generátio laudábit ópera tua: & poténtiam tuam pronunciábunt.

Magnificéntiam glóriæ ſanctitátis tuæ loquéntur: & mirabília tua narrábunt.

Et virtútem terribílium tuórum dicent: & magnitúdinem tuam narrábunt.

Memóriam abundántiæ ſuauitátis tuæ eructábunt: & iuſtítia tua exultábunt.

Miſerátor, & miſéricors Dóminus: pátiens, & multùm miſéricors.

Suáuis Dóminus vniuérſis: & miſeratiónes eius ſuper ómnia ópera eius.



Aña. In ætérnum & in ſǽculum ſǽculi.

Capitulum. Benedíctus Deus. ℟. Adiutórium noſtrum. Hymnus. Deus creátor. ℣. Dirigátur. Ad Magnificat.



Aña. Suſcépit Deus Iſrael púerum ſuum



ſicut locútus eſt Abráham & ſémini eius:



& exaltáuit húmiles vſque in ſǽculum.



Sabbato, ad Veſperas.

Aña. 

Cuſtódit. Diuiſio.

COnfiteántur tibi Dómine ómnia ópera tua: & ſancti tui benedícant tibi.

Glóriam regni tui dicent: & poténtiã tuam loquéntur.

Vt notam fáciant fílijs hóminum poténtiam tuã: & glóriã magnificéntiæ regni tui.

Regnum tuum regnum ómnium ſæculórum: & dominátio tua in omni generatióne & generatiónem.

Fidélis Dóminus in ómnibus verbis ſuis: & ſanctus in ómnibus opéribus ſuis.

Alleuat Dóminus omnes qui córruunt: & érigit omnes elíſos.

Oculi ómnium in te ſperant Dómine: & tu das eſcam illórum in témpore opportúno.

Aperis tu manum tuam: & imples omne ánimal benedictióne.

Iuſtus Dóminus in ómnibus viis ſuis: & ſan-

ctus in ómnibus opéribus ſuis.

Propè eſt Dóminus ómnibus inuocántibus eũ: ómnib⁹ inuocántibus eũ in veritáte.

Voluntátem timéntium ſe fáciet: & deprecatiónem eórũ exáudiet: & ſaluos fáciet eos.

Cuſtódit Dóminus omnes diligéntes ſe: & omnes peccatóres diſpérdet.

Laudatiónem Dómini loquétur os meum: & benedícat omnis caro nómini ſãcto eius in ſæculum, & in ſæculum ſæculi.



Aña. Cuſtódit Dóminus omnes diligẽtes ſe.



Aña. Laudábo. iiij. Pſalmus 145.

LAuda ánima mea Dóminum: laudábo Dóminum in vita mea: pſallam Deo meo quándiu fúero.

Nolíte confídere in princípibus: in fíliis hóminum in quibus non eſt ſalus.

Exíbit ſpíritus eius, & reuertétur in terram

ſuam: in illa die períbunt omnes cogitatiónes eórum.

Beátus cuius Deus Iacob adiútor eius: ſpes eius in Dómino Deo ipsíus: qui fecit cœlum & terram mare, & ómnia quæ in eis ſunt.

Qui cuſtódit veritátẽ in ſæculũ: facit iudíciũ iniúriã patiéntibus: dat eſcã eſuriẽtibus.

Dóminus ſoluit compedítos: Dóminus illúminat cœcos.

Dóminus érigit eliſos: Dñs díligit iuſtos.

Dóminus cuſtódit áduenas: pupíllum & víduã ſuſcípiet: & vias peccatórum diſpérdet.

Regnábit Dóminus in ſæcula Deus tuus Sion: in generatiónem & generatiónem.



Aña. Laudábo Deum meum in vita mea.



Aña. Deo noſtro. 8. Pſalmus 146.

LAudáte Dóminum, quóniam bonus eſt pſalmus: Deo noſtro ſit iucúnda decoráque laudátio.

Ædíficans Ierúſalem Dóminus: diſperſiónes Iſraélis congregábit.

Qui ſanat contrítos corde:& álligat contritiónes eórum.

Qui númerat multitúdinem ſtellárum: & ómnibus eis nómina vocat.

Magnus Dóminus noſter ✝ & magna virtus eius: & ſapiéntiæ eius non eſt númerus.

Suſcípiens mãſuétos Dóminus: humílians autem peccatóres vſque ad terram.

Præcínite Dómino in confeſsióne: pſállite Deo noſtro in cíthara.

Qui óperit cœlum núbibus: & parat terræ plúuiam.

Qui prodúcit in móntibus fœnum: & herbam ſeruitúti hóminum.

Qui dat iuméntis eſcam ipſórum: & pullis coruórum inuocántibus eum.

Non in fortitúdine equi voluntátem habébit: nec in tíbiis viri beneplácitum erit ei.

Beneplácitũ eſt Dño ſuper timéntes eum: & in eis, qui ſperãt ſuper miſericórdia eius.

Antiphona.



Aña. Deo noſtro iucúnda ſit laudátio.



Aña. Lauda. i. Pſalmus 147.

LAuda Hierúſalem Dóminum : lauda Deum tuum Sion.

Quóniam confortáuit ſeras portárum tuárum : benedíxit fíliis tuis in te.

Qui póſuit fines tuos pacem : & ádipe fruménti ſátiat te.

Qui emíttit elóquium ſuum terræ : velóciter currit ſermo eius.

Qui dat niuem ſicut lanam : nébulam ſicut cínerem ſpargit.

Mittit criſtállum ſuam ſicut buccéllas: ante fáciem frígoris eius quis ſuſtinébit?

Emíttet verbum ſuum, & liquefáciet ea: flabit ſpíritus eius, & fluent aquæ.


Qui annúntiat verbum ſuum Iacob : iuſtítias, & iudícia ſua Iſráël.

Non fecit táliter omni natióni: & iudícia ſua non manifeſtáuit eis.



Aña. Lauda Ierúſalem Dóminum.

Capitul. Benedíctus. vt ſuprà in Dominica.



℟. Magnus Dóminus noſter. Et magna



virtus eius. ℣. Et ſapiéntiæ eius non



eſt númerus. Et. fol. 405.

Hymnus O Lux Beata Trin ℣. Veſpertína orátio aſcéndat ad te, Dómine. Et deſcéndat ſuper nos miſericórdia tua. Pſalmus 148.

LAudáte Dóminum de cœlis: laudáte eum in excélſis.

Laudáte eum omnes Angeli eius: laudáte eum omnes virtútes eius.

Laudáte eum Sol, & Luna: laudáte eum

omnes ſtellæ & lumen.

Laudáte eum cœli cœlórum: & aquæ omnes, quæ ſuper cœlos ſunt: laudent nomen Dómini.

Quia ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandáuit, & creáta ſunt.

Státuit ea in ætérnum, & in ſǽculum ſǽculi: præcéptum póſuit, & non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra: dracónes, & omnes abýſsi.

Ignis, grando, nix, glácies, ſpíritus procellárum: quæ fáciunt verbum eius.

Montes, & omnes colles: ligna fructífera, & omnes cedri.

Béſtiæ, & vniuérſa pécora: ſerpéntes, & vólucres pennátæ.

Reges terræ, & omnes pópuli: Príncipes, & omnes iúdices terræ.

Iúuenes & vírgines, ſenes cum iunióribus laudent nomen Dómini: quia exaltátum eſt nomen eius ſolíus.

Confésſio eius ſuper cœlum & terram: &

exaltáuit cornu pópuli ſui.

Hymnus ómnibus Sanctis eius: filiis Iſraël pópulo appropinquánti ſibi.

Pſalmus 149.

CAntáte Dómino cánticum nouum: laus eius in Eccléſia Sanctórum.

Lætétur Iſraël in eo, qui fecit eum: & filiæ Sion exúltent in Rege ſuo.

Laudent nomen eius in choro: in týmpano, & pſaltério, pſallant ei.

Quia beneplácitum eſt Dómino in pópulo ſuo: & exaltáuit manſuétos in ſalútem.

Exultábunt Sancti in glória: lætabúntur in cubílibus ſuis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum: & gládij ancípites in mánibus eórum.

Ad faciéndam vindíctam in natiónibus: increpatiónes in pópulis.

Ad alligándos Reges eórum in compédibus: & nóbiles eórum in mánicis férreis.

Vt fáciant in eis iudícium conſcríptum: glória hæc eſt ómnibus ſanctis eius.

Pſalmus 150.

LAudáte Dóminum in Sanctis eius: laudáte eum in firmaménto virtútis eius.

Laudáte eũ in virtútibus eius: laudáte eum ſecúndùm multitúdinem magnitúdis eius.

Laudáte eum in ſono tubæ: laudáte eum in pſaltério, & cíthara.

Laudáte eum in týmpano, & choro: laudáte eum in chordis, & órgano.

Laudáte eum in cýmbalis beneſonántibus: laudáte eum in cýmbalis iubilatiónis: omnis ſpíritus laudet Dóminum.

Feria ſecunda. Canticum Eſaiæ.

COnfitébor tibi Dómine quóniam irátus es mihi: conuérſus eſt furor tuus, & conſolátus es me.

Ecce Deus ſaluátor meus: fiduciáliter agam, & non timébo.

Quia fortitúdo mea, & laus mea Dóminus: & factus eſt mihi in ſalútem.

Hauriétis aquas in gáudio de fóntibus Saluatóris: & dicétis in illa die; confitémini

Dómino, & inuocáte nomen eius.

Notas fácite in pópulis adinuẽtiónes eius: memẽtóte quóniam excélsũ eſt nomẽ eius.

Cantáte Dómino quóniam magnificè fecit: annuntiáte hoc in vniuérſa terra.

Exúlta & lauda habitátio Sion: quia magnus in médio tui, Sanctus Iſraël.

Feria tertia. Canticum Ezechiæ.

EGo dixi, In dimídio diérum meórum: vadam ad portas ínferi.

Quæsíui resíduũ annórum meórum: dixi nõ vidébo Dóminũ Deũ in terra viuéntiũ.

Non aſpíciam hóminem vltra: & habitatórem quiétis.

Generátio mea abláta eſt, & conuolúta eſt à me: quaſi tabernáculum paſtórum.

Præcíſa eſt velut à texénte vita mea: dum adhuc ordírer ſuccídit me: de manè vſque ad véſperam fínies me.

Sperábam vſque ad manè: quaſi leo, ſic contríuit ómnia oſſa mea.

De manè vſque ad véſperam fínies me: ſi-

cut pullus hirúndinis ſic clamábo; meditábor vt colúmba.

Attenuáti ſunt óculi mei: ſuſpiciéntes in excélſo.

Dómine vim pátior, reſpónde pro me: quid dicam, aut quid reſpondébit mihi, cùm ipſe fécerit?

Recogitábo tibi omnes annos meos: in amaritúdine ánimæ meæ.

Dómine ſi ſic víuitur, & in tálibus vita ſpíritus mei: corrípies me, & viuificábis me: ecce in pace amaritúdo mea amaríſsima.

Tu autem eruíſti ánimam meam, vt non períret: proiecíſti poſt tergum tuum ómnia peccáta mea.

Quia non inférnus confitébitur tibi: neque mors laudábit te: non expectábunt qui deſcéndunt in lacum, veritátem tuam.

Viuens viuens ipſe confitébitur tibi ſicut & ego hódie: pater fíliis notam fáciet veritátem tuam.

Dómine ſaluum me fac: & pſalmos noſtros

cantábimus cunctis diébus vitæ nostræ in domo Dómini.

Feria quarta. Canticum Annæ.

EXultáuit cor meum in Dómino: & exaltátum est cornu meum in Deo meo.

Dilatátum est os meum super inimícos meos: quia lætáta sum in Salutári tuo.

Non est sanctus vt est Dóminus: neque enim est álius extra te: & non est fortis sicut Deus noster.

Nolíte multiplicáre loqui sublímia: gloriántes.

Recédant vétera de ore vestro: quia Deus sciētiárum Dóminus est: & ipsi præparántur cogitatiónes.

Arcus fórtium superátus est: & infírmi accíncti sunt róbore.

Repléti priùs pro pánibus se locauérunt: & famélici saturáti sunt.

Donec stérilis péperit plúrimos: & quæ multos habébat fílios, infirmáta est.

Dóminus mortíficat & viuíficat: dedúcit ad ínferos & redúcit.

Dóminus páuperem facit & ditat: humíliat & súbleuat.

Súscitat de púluere egénum: & de stércore éleuat páuperem.

Vt sédeat cum Princípibus: & sólium glóriæ téneat.

Dómini enim sunt cárdines terræ: & pósuit super eos orbem.

Pedes Sanctórum suórum seruábit: & ímpij in ténebris conticéscent: quia non in fortitúdine sua roborábitur vir

Dóminum formidábunt aduersárij eius: & super ipsos in cœlis tonábit.

Dóminus iudicábit fines terræ: & dabit impérium Regi suo: & sublimábit cornu Christi sui.

Feria quinta. Canticum Moysi.

CAntémus Dómino, gloriósè enim magnificátus est: equum, & ascensórem deiécit in mare.

Fortitúdo mea,& laus mea Dóminus:& factus eſt mihi in ſalútem.

Iſte Deus meus, & glorificábo eum: Deus patris mei, & exaltábo eum.

Dóminus,quaſi vir pugnátor,omnípotens nomen eius: currus Pharaónis, & exércitum eius proiécit in mare.

Elécti príncipes eius ſubmérſi ſunt in mari rubro: abýſſi operuérunt eos: deſcendérunt in profúndum quaſi lapis.

Déxtera tua Dómine magnificáta eſt in fortitúdine: déxtera tua Dómine percúſſit inimícum: & in multitúdine glóriæ tuæ depoſuíſti aduerſários tuos.

Miſíſti iram tuam,quæ deuoráuit eos ſicut ſtípulam:& in ſpíritu furóris tui congregátæ ſunt aquæ.

Stetit vnda fluens: congregátæ ſunt abýſſi in médio mari.

Dixit inimícus, pérſequar, & comprehéndam: díuidam ſpólia: implébitur ánima mea.

Euaginábo gládium meum: interfíciet eos manus mea.

Flauit ſpíritus tuus, & opéruit eos mare: ſubmérſi ſunt, quaſi plumbum, in aquis veheméntibus.

Quis ſímilis tui in fórtibus Dómine? quis ſímilis tui, magníficus in ſanctitáte: terríbilis atque laudábilis, & fáciens mirabília?

Extendíſti manum tuam, & deuoráuit eos terra: dux fuíſti in miſericórdia tua pópulo, quem redemíſti.

Et portáſti eum in fortitúdine tua: ad habitáculum ſanctum tuum.

Aſcendérunt pópuli, & iráti ſunt: dolóres obtinuérunt habitatóres Philíſtiim.

Tunc conturbáti ſunt príncipes Edom, robúſtos Moab obtínuit tremor: obriguérunt omnes habitatóres Chánaan.

Irruat ſuper eos formído, & pauor: in magnitúdine bráchij tui.

Fiant immóbiles, quaſi lapis, donec pertránſeat pópulus tuus Dómine: donec per-

tránſeat pópulus tuus iſte, quem poſſedíſti.
Introdúces eos, & plantábis in monte hæreditátis tuæ: firmíſsimo habitáculo tuo, quod operátus es Dómine.
Sanctuárium tuum Dómine, quod firmauérunt manus tuæ: Dóminus regnábit in ætérnum, & vltrà.
Ingréſſus eſt enim eques Phárao cum cúrribus, & equítibus eius in mare: & redúxit ſuper eos Dóminus aquas maris.
Fílij autem Iſraël ambulauérunt per ſiccum: in médio eius.

Feria ſexta. Canticum Habacuc.

DOmine audíui, auditiónẽ tuã: & tímui.
Dómine opus tuum: in médio annórum viuífica illud.
In médio annórum notum fácies: cum irátus fúeris, miſericórdiæ recordáberis.
Deus ab auſtro véniet: & ſanctus de monte Pharan.
Opéruit cœlos glória eius: & laudis eius plena eſt terra.

Splendor eius vt lux erit: córnua in mánibus eius.

Ibi abſcóndita eſt fortitúdo eius: ante fáciem eius ibi mors.

Et egrediétur diábolus ante pedes eius: ſtetit, & menſus eſt terram.

Aſpéxit & diſſóluit gentes: & contríti ſunt montes ſǽculi.

Incuruáti ſunt colles mundi: ab itinéribus æternitátis eius. In feſtis S. Crucis. Diuiſio.

PRo iniquitáte vidi tentória Æthiópiæ: turbabúntur pelles terræ Mádian.

Nunquid in flumínibus furor tuus: vel in mari indignátio tua.

Qui aſcéndes ſuper equos tuos: & quádrigæ tuæ ſaluátio.

Súſcitans ſuſcitábis arcum tuum: iuraménta tríbubus, quæ locútus es.

Flúuios ſcindes terræ: vidérunt te, & doluérunt montes: gurges aquárum tránſijt.

Dedit abýſſus vocem ſuam: altitúdo manus ſuas leuáuit.

Sol, & Luna ſtetérunt in habitáculo ſuo: in luce ſagittárum tuárum: ibunt in ſplendóre fulgurántis haſtæ tuæ.

In frémitu conculcábis terram: & in furóre obſtupefácies gentes.

In feſtis S. Crucis. Diuiſio.

EGréſſus es in ſalútem pópuli tui: in ſalútem cum Chriſto tuo.

Percuſsíſti caput de domo ímpij: denudáſti fundaméntum eius vſque ad collum.

Maledixíſti ſceptris eius ꝭ cápiti bellatórum eius: veniéntibus, vt turbo, ad diſpergéndum me.

Exultátio eórum: ſicut eius, qui déuorat páuperem in abſcóndito.

Viam fecíſti in mari equis tuis: in luto aquárum multárum.

Audíui, & conturbátus eſt venter meus: à voce contremuérunt lábia mea.

Ingrediátur putrédo in óſsibus meis: & ſubter me ſcáteat.

Vt requiéſcam in die tribulatiónis: & aſcén-

dam

dam ad pópulum accínctum nostrum.

Ficus enim non florébit: & non erit germen in víneis.

Mentiétur opus olíuæ:& arua non ásferent cibum.

Abscindétur de ouíli pecus: & non erit arméntum in præsépibus.

Ego autem in Dómino gaudébo:& exultábo in Deo Iesu meo.

Deus Dóminus fortitúdo mea:& ponet pedes meos, quasi ceruórum.

Et super excélsa mea dedúcet me victor:in psalmis canéntem.

Sabbato. Canticum Moysi.

AVdíte cœli quæ loquor: áudiat terra verba oris mei.

Concréscat vt plúuia doctrína mea:fluat vt ros elóquium meum.

Quasi imber super herbã:& quasi stellæ super grámina:quia nomẽ Dómini inuocábo.

Date magnificéntiam Deo nostro:Dei perfécta sunt ópera:& omnes viæ eius iudícia.

Deus fidélis, & abſque vlla iniquitáte iuſtus, & rectus: peccauérunt ei, & non fílij eius in ſórdibus.

Generátio praua atque peruérſa: hæccíne reddis Dómino pópule ſtulte, & inſípiens.

Nunquid non ipſe eſt Pater tuus: qui poſſédit te & fecit, & creáuit te?

Meménto diérum antiquórum: cógita generatiónes síngulas.

Intérroga patrem tuum, & annunciábit tibi: maióres tuos, & dicent tibi.

Quando diuidébat Altíſsimus gentes: quãdo ſeparábat fílios Adam.

Conſtítuit términos populórum: iuxta númerum filiórum Iſraël.

Pars autem Dómini pópulus eius: Iacob funículus hæreditátis eius.

Inuénit eum in terra deſérta: in loco horróris, & vaſtæ ſolitúdinis.

Circundúxit eum, & dócuit: & cuſtodíuit quaſi pupíllam óculi ſui.

Sicut áquila próuocãs ad volándum pullos

ſuos:

ſuos: & ſuper eos vólitans.

Expándit alas ſuas, & aſſúmpſit eum: atque portáuit in húmeris ſuis.

Dóminus ſolus dux eius fuit: & non erat cum eo Deus aliénus.

Conſtítuit eum ſuper excélſam terram: vt coméderet fructus agrórum.

Vt ſúgeret mel de petra: oleúmque de ſaxo duríſsimo.

Bútyrum de arménto, & lac de óuibus: cum ádipe agnórum, & aríetum filiórum Baſan.

Et hircos cum medúlla trítici: & ſánguinem vuæ bíberet meracíſsimum.

Incraſſátus eſt diléctus, & recalcitráuit: incraſſátus impinguátus dilatátus.

Derelíquit Deum factórem ſuum: & recéſſit à Deo Salutári ſuo.

Prouocauérũt eum in dijs aliénis: & in abominatiónibus ad iracúndiam concitauérũt.

Immolauérunt dæmónijs, & non Deo: diis quos ignorábant.

Noui recentésque venérunt: quos non coluérunt patres eórum.

Deum qui te génuit, dereliquísti: & oblítus es Dómini creatóris tui.

Vidit Dóminus, & ad iracúndiam concitátus est: quia prouocauérunt eum fílij sui & fíliæ.

Et ait, abscóndam fáciem meam ab eis: & considerábo nouíssima eórum.

Generátio enim peruérsa est: & infidéles fílij.

Ipsi me prouocauérunt in eo qui non erat Deus: & irritauérunt in vanitátibus suis.

Et ego prouocábo eos in eo, qui non est pópulus: & in gente stulta irritábo illos.

Diuisio.

IGnis succénsus est in furóre meo: & ardébit vsque ad inférni nouíssima.

Deuorabítque terram cum gérmine suo: & móntium fundaménta combúret.

Congregábo super eos mala: & sagíttas meas complébo in eis.

Conſuméntur fame:& deuorábũt eos aues morſu amaríſsimo.

Dentes beſtiárum immíttã in eos: cũ furóre trahéntiũ ſuper terrã, atque ſerpéntium.

Foris vaſtábit eos gládius, & intus pauor: iúuenem ſimul, ac vírginem lactántem, cum hómine ſene.

Dixi, vbinam ſunt:ceſſáre fáciam ex homínibus memóriam eórum.

Sed propter iram inimicórum díſtuli: ne fortè ſuperbírent hoſtes eórum.

Et dícerent, manus noſtra excélſa:& non Dóminus:fécit hæc ómnia.

Gens abſque consílio eſt, & ſine prudéntia: vtinam ſáperent, & intellígerent; ac nouíſsima prouidérent.

Quómodo perſequátur vnus mille: & duo fugent decem míllia?

Nonne ídeò, quia Deus ſuus véndidit eos: & Dóminus conclúſit illos?

Non enim eſt Deus noſter vt dij eórum:& inimíci noſtri ſunt iúdices.

De vínea Sodomórum vínea eórum: & de ſuburbánis Gomórrhæ.

Vua eórum vua fellis: & botri amaríſsimi.

Fel dracónum vinum eórum: & venénum áſpidum inſanábile.

Nonne hæc cóndita ſunt apud me: & ſignáta in theſáuris meis?

Mea eſt vltio, & ego retríbuam eis in témpore: vt labátur pes eórum.

Iuxta eſt dies perditiónis: & adéſſe feſtínant témpora.

Iudicábit Dóminus pópulum ſuum: & in ſeruis ſuis miſerébitur.

Vidébit quod infirmáta ſit manus: & clauſi quoque defecérunt: reſiduíque conſúmpti ſunt.

Et dicet, vbi ſunt dij eórum: in quibus habébant fidúciam?

De quorum víctimis comedébant ádipes: & bibébant vinum libáminum?

Surgant & opituléntur vobis: & in neceſsitáte vos prótegant.

Vidéte quòd ego sim solus: & non sit álius Deus præter me.

Ego occídam, & ego víuere fáciam: percútiam, & ego sanábo: & non est, qui de manu mea possit erúere.

Leuábo ad cœlum manum meam: & dicam; viuo ego in ætérnum.

Si acúero vt fulgur gládium meum: & arripúerit iudícium manus mea.

Reddam vltiónem hóstibus meis: & his, qui odérunt me, retríbuam.

Inebriábo sagíttas meas sánguine: & gládius meus deuorábit carnes.

De cruóre occisórum: & de captiuitáte nudáti inimicórum cápitis.

Laudáte gentes pópulum eius: quia sánguinem seruórum suórum vlciscétur.

Et vindíctam retríbuet in hostes eórum: & propítius erit terræ pópuli sui.

Canticum trium puerorum. Dan. 3.

BEnedícite ómnia ópera Dñi Dómino: laudáte, & superexaltáte eum in sǽcula.

Benedícite Angeli Dómini Dómino : benedícite cœli Dómino.

Benedícite aquæ omnes, quæ ſuper cœlos ſunt Dómino : benedícite omnes virtútes Dómini Dómino.

Benedícite Sol, & Luna Dómino : benedícite ſtellæ cœli Dómino.

Benedícite omnis imber, & ros Dómino: benedícite omnes ſpíritus Dei Dómino.

Benedícite ignis, & æſtus Dómino:benedícite frigus, & æſtus Dómino.

Benedícite rores, & pruína Dómino:benedícite gelu, & frigus Dómino.

Benedícite glácies, & niues Dómino:benedícite noctes, & dies Dómino.

Benedícite lux, & ténebræ Dómino:benedícite fúlgura, & nubes Dómino.

Benedícat terra Dóminum : laudet, & ſuperexáltet eum in ſǽcula.

Benedícite montes, & colles Dómino: benedícite vniuérſa germinántia in terra Dómino.

Benedícite fontes Dómino: benedícite mária, & flúmina Dómino.

Benedícite cete, & ómnia, quæ mouéntur in aquis Dómino: benedícite omnes vólucres cæli Dómino.

Benedícite omnes béſtiæ, & pécora Dómino: benedícite fílij hóminum Dómino.

Benedícat Iſraël Dóminum: laudet, & ſuperexáltet eum in ſæcula.

Benedícite Sacerdótes Dómini Dómino: benedícite ſerui Dómini Dómino.

Benedícite Spíritus, & ánimæ iuſtórum Dómino: benedícite Sancti, & húmiles corde Dómino.

Benedícite Anánia, Azária, Miſáel Dómino: laudáte, & ſuperexaltáte eum in ſæcula.

Benedicámus patrem, & fílium cum Sancto Spíritu: laudémus, & ſuperexaltémus eum in ſæcula.

Benedíctus es Dómine in firmaménto cœli: & laudábilis & glorióſus: & ſuperexaltátus in ſæcula.

Canticum Zachariæ.

BEnedíctus Dóminus Deus Iſraël: quia viſitáuit, & fecit redemptiónem plebis ſuæ.

Et eréxit cornu ſalútis nobis: in domo Dauid púeri ſui.

Sicut locútus eſt per os Sanctórum: qui à ſæculo ſunt Prophetárum eius.

Salútem ex inimícis noſtris: & de manu ómnium qui odérunt nos.

Ad faciendã miſericórdiam cum pátribus noſtris: & memorári teſtaménti ſui ſancti.

Iuſiurándum, quod iuráuit ad Abraham patrem noſtrum: datúrum ſe nobis.

Vt ſine timóre de manu inimicórum noſtrórum liberáti: ſeruiámus illi.

In ſanctitáte, & iuſtítia coram ipſo: ómnibus diébus noſtris.

Et tu puer Prophéta Altíſsimi vocáberis: præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias eius.

Ad dandam ſciéntiam ſalútis plebi eius: in

remiſsiónem peccatórum eórum.
Per víſcera miſericórdiæ Dei noſtri:in quibus viſitáuit nos óriens ex alto.
Illumináre his,qui in ténebris, & in vmbra mortis ſedent:ad dirigéndos pedes noſtros in viam pacis. Canticum virginis Mariæ.
MAgníficat: ánima mea Dóminum.
Et exultáuit ſpíritus meus:in Deo ſalutári meo.
Quia reſpéxit humilitátem ancíllæ ſuæ:ecce enim ex hoc, beátam me dicent omnes generatiónes.
Quia fecit mihi magna qui potens eſt: & ſanctum nomen eius.
Et miſericórdia eius à progénie in progénies: timéntibus eum.
Fecit poténtiam in bráchio ſuo: diſpérſit ſupérbos mente cordis ſui.
Depóſuit poténtes de ſede: & exaltáuit húmiles.
Eſuriéntes impléuit bonis: & díuites dimíſit inánes.

Canticum Symeonis.

Suſcépit Iſraël púerum ſuum: recordátus miſericórdiæ ſuæ.

Sicut locútus eſt ad patres noſtros: Abraham, & ſémini eius in ſǽcula.

Canticum Symeonis.

NVnc dimíttis ſeruum tuum Dómine: ſecúndùm verbum tuum in pace.

Quia vidérunt óculi mei: ſalutáre tuum.

Quod paráſti: ante fáciē ómniū populórū.

Lumen ad reuelatiónem géntium: & glóriam plebis tuæ Iſraël.

Canticum Ambroſij & Auguſtini.

TE Deum laudámus: te Dóminum confitémur.

Te ætérnū patrem: omnis terra venerátur.

Tibi omnes Angeli: tibi cœli, & vniuérſæ poteſtátes.

Tibi Chérubim, & Séraphim: inceſſábili voce proclámant.

Sāctus, Sāctus, Sāctus: Dn̄s Deus Sábaoth.

Pleni ſunt cœli, & terra: maieſtátis glóriæ

Te gloriósus: Apostolórum chorus.
Te Prophetárum: laudábilis númerus.
Te Mártyrũ candidátus: laudat exércitus.
Te per orbem terrárum: sancta confitétur Ecclésia.
Patrem imménsæ maiestátis.
Venerándum tuũ verum: & vnicũ Fílium.
Sanctum quoque: Paraclétum Spíritum.
Tu Rex glóriæ: Christe.
Tu Patris: sempitérnus es Fílius.
Tu ad liberándum susceptúrus hóminem: non horruísti vírginis vterum.
Tu deuícto mortis acúleo: aperuísti credéntibus regna cœlórum.
Tu ad déxteram Dei sedes: in glória Patris.
Iudex créderis: esse ventúrus.
Te ergo quæsumus, tuis fámulis subuéni: quos prætióso sánguine redemísti.
Æterna fac cũ sãctis tuis: in glória numerári.
Saluum fac pópulum tuum Dómine: & bénedic hæreditáti tuæ.
Et rege eos: & extólle illos vsq; in ætérnum.

Per singulos dies: benedícimus te.

Et laudámus nomen tuum in sǽculum: & in sǽculum sǽculi.

Dignáre Dómine die isto: sine peccáto nos custodíre.

Miserére nostri Dómine: miserére nostri.

Fiat misericórdia tua Dómine super nos: quemádmodum sperâuimus in te.

In te Dómine sperâui: non confúndar in ætérnum.

Deinde Euangelium legitur. Post Euangelium dicatur.

Te decet laus, te decet hymnus: tibi glória Deo Patri, & Fílio, cum Sancto Spíritu in sǽcula sæculórum, Amen.

Postea dicitur Orémus, & Collecta.

Symbolũ Athanasij Episcopi Alexandrini.

QVicúnque vult saluus esse: ante ómnia opus est, vt téneat Cathólicam fidem.

Quam nisi quisque intégrã inuiolatámque seruáuerit: absque dúbio in ætérnũ peribit.

Fides autem Cathólica hæc est: vt vnum

Deum in Trinitáte, & Trinitátem in vnitáte venerémur.

Neque confundéntes perſónas:neque ſubſtántiam ſeparántes.

Alia enim eſt perſóna Patris, ália Fílij: ália Spíritusſancti

Sed Patris, & Fílij,& Spíritusſancti vna eſt diuínitas:æquális glória,coætérna maiéſtas.

Qualis Pater, talis Fílius: talis Spíritusſánctus.

Increátus Pater, increátus Fílius: increátus Spíritusſanctus.

Imménſus Pater,imménſus Fílius:imménſus Spíritusſanctus.

Ætérnus Pater,ætérnus Fílius:ætérnus Spíritusſanctus.

Et tamen non tres,ætérni:ſed vnus ætérnus.

Sicut non tres increáti, nec tres imménſi: ſed vnus increátus, & vnus imménſus.

Simíliter omnípotens Pater, omnípotens Fílius:omnípotens Spíritusſanctus.

Et tamen non tres omnipoténtes:ſed vnus omnípotens.

Ita Deus Pater, Deus Fílius: Deus Spíritusſanctus.

Et tamen non tres dij: ſed vnus eſt Deus.

Ita Dóminus Pater, Dóminus Fílius: Dóminus Spíritusſanctus.

Et tamen non tres Dómini: ſed vnus eſt Dóminus.

Quia ſicut ſigillátim vnamquámque perſónam Deum ac Dóminum confitéri Chriſtiána veritáte compéllimur: ita tres Deos, aut Dóminos dícere Cathólica religióne prohibémur.

Pater à nullo eſt factus: nec creátus, nec génitus.

Fílius à Patre ſolo eſt: non factus, nec creátus, ſed génitus.

Spíritusſanctus à Patre, & Fílio: non factus, nec creátus, nec génitus, ſed procédens.

Vnus ergo Pater, non tres patres: vnus Fílius, non tres Fílij: vnus Spíritusſanctus, non tres Spíritusſancti.

Et in hac Trinitáte nihil prius aut poſtérius:

nihil

nihil maius aut minus: ſed totæ tres perſónæ coætérnæ ſibi ſunt, & coæquáles.
Ita vt per ómnia, ſicut iam ſupra dictum eſt; & vnitas in Trinitáte, & Trínitas in vnitáte veneránda ſit.
Qui vult ergo ſaluus eſſe: ita de Trinitáte ſentiat.
Sed neceſſárium eſt ad ætérnam ſalútem: vt incarnatiónem quoque Dómini noſtri Ieſu Chriſti fidéliter credat.
Eſt ergo fides recta, vt credámus, & confiteámur: quia Dóminus noſter Ieſus Chriſtus Dei Fílius: Deus & homo eſt.
Deus eſt ex ſubſtántia Patris ante ſǽcula génitus: & homo eſt ex ſubſtántia matris in ſǽculo natus.
Perféctus Deus, perféctus homo: ex ánima rationáli, & humána carne ſubsíſtens.
Æquális Patri ſecúndùm diuinitátem: minor Patre ſecúndùm humanitátem.
Qui licet Deus ſit, & homo: non duo tamen, ſed vnus eſt Chriſtus.

Vnus autem non conuerſióne diuinitátis in carnem: ſed aſſumptióne humanitátis in Deum.

Vnus omníno non confuſióne ſubſtántiæ: ſed vnitáte perſónæ.

Nam ſicut ánima rationális, & caro vnus eſt homo: ita Deus, & homo vnus eſt Chriſtus.

Qui paſſus eſt pro ſalúte noſtra: deſcéndit ad ínferos: tértia die reſurréxit à mórtuis.

Aſcéndit ad cælos, ſedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis: inde ventúrus iudicáre viuos, & mórtuos.

Ad cuius aduéntum omnes hómines reſúrgere habent cum corpóribus ſuis: & redditúri ſunt de factis próprijs ratiónem.

Et qui bona egérunt ibunt in vitam ætérnam: qui verò mala in ignem ætérnum.

Hæc eſt fides Cathólica: quam niſi quiſque fidéliter firmitérque credíderit: ſaluus eſſe non póterit.

℣. Benedícat nos Deus, Deus noſter, benedícat nos Deus: Et métuant eũ omnes fines

CANTICA
PRO TERTIO NOCTVRNO.

Dominicis diebus quando officium eſt de Dominica ab Octaua Epiphaniæ, vſque ad Dominicam primam Quadrageſimæ: & ab Octaua Pentecoſtes, vſque ad Aduentum. In feſtis etiam Transfigurationis Domini, & ſanctorum Angelorum.

Canticum. Iſai. c. 33.

DOmine miſerére noſtri: te enim expectáuimus: eſto bráchium noſtrum in mane,* & ſalus noſtra in témpore tribulatiónis.

A voce Angeli fugérunt pópuli: * & ab exaltatióne tua diſpérſæ ſunt gentes.

Et congregabúntur ſpólia veſtra ſicut collígitur bruchus,* velut cùm foſſæ plenæ fúerint de eo.

Magnificátus eſt Dóminus, quóniam habitáuit in excélſo:* impléuit Sion iudício, & iuſtítia.

Et erit fides in tempóribus suis: diuítiæ salútis sapiéntia, & sciéntia: * timor Dómini ipse thesáurus eius.

Ecce vidéntes clamábunt foris: * Angeli pacis amárè flebunt.

Dissipátæ sunt viæ, cessáuit tránsiens per sémitam, írritum factum est pactum: * proiécit ciuitátes, non reputáuit hómines.

Luxit, & elánguit terra: * confúsus est Líbanus, & obsórduit.

Et factus est Saron sicut desértum: * & concússa est Basan & Carmélus.

Nunc consúrgam, dicit Dóminus: * nunc exaltábor, nunc sublimábor.

Canticum. Isa. 33.

AVdíte qui longè estis, quæ fécerim: * & cognóscite vicíni fortitúdinē meā.

Contérriti sunt in Sion peccatóres: * possédit tremor hypócritas.

Quis póterit habitáre de vobis cum igne deuoránte? * aut quis habitábit ex vobis cum ardóribus sempitérnis?

Qui

Qui ámbulat in iuſtítiis, & lóquitur veritátem, † qui próiicit auarítiam ex calúmnia, * & éxcutit manus ſuas ab omni múnere.

Qui obtúrat aures ſuas, ne áudiat ſánguinẽ, * & claudit óculos ſuos, ne vídeat malum.

Iſte in excélſis habitábit, † muniménta ſaxórum ſublímitas eius: * panis ei datus eſt, aquæ eius fidéles ſunt.

Regem in decóre ſuo vidébunt óculi eius, † cernent terram de longè. * Cor tuum meditábitur timórem.

Canticum. Eccleſ. 36.

Miſerére ~~Dómine~~ plebi tuæ, ſuper quam inuocátum eſt nomen tuũ; * & Iſraël, quem coæquáſti primogénito tuo.

Miſerére ciuitáti ſanctificatiónis tuæ Ierúſalem, * ciuitáti requiéi tuæ.

Reple Sion inenarrabílibus verbis tuis, * & glória tua pópulum tuum.

Da teſtimónium his, qui ab inítio creatúræ tuæ ſunt: * & ſúſcita prædicatiónes, quas locúti ſunt in nómine tuo Prophétæ prióres.

Da mercédem sustinéntibus te,* vt prophétæ tui fidéles inueniántur.

Et exáudi oratiónem seruórum tuórum se-
cundum benedictionem Aaron de
pópulo tuo:* & dírige nos in viam iustítiæ.


Vt sciant omnes qui hábitant terram:* quia tu es Deus conspéctor sæculórum.

Diebus Dominicis per annum, Aña.



Alleluia, al le lú ia, allelúia. Euouae.

In Septuagesima, Antiphona.



Multi enim sũt vo cá ti pauci veró eléćti



dicit Dóminus. Euouae.

In Sexagesima, Antiphona.



Se men cécidit in terram bonam & ortum,



fecit fructum céntuplum. Euouae.

In Quinquageſima, Antiphona.



Tranſeúnte Dómino clamábat cæcus ad



eum miſérere mei fi li Dauid. Euouae.

℣. Exaltáre Dómine in virtúte tua. ℟. Cantábimus & pſallémus virtútes tuas.

In Dominicis Aduentus. Pro tertio Nocturno.

Canticum. Iſai. 40.

ECce Dóminus Deus in fortitúdine véniet, * & bráchium eius dominábitur.

Ecce merces eius cum eo, * & opus illíus coram illo.

Sicut paſtor gregem ſuum paſcet: in bráchio ſuo congregáuit agnos, & in ſinu ſuo leuábit, * fœtas ipſe portábit.

Quis menſus eſt pugíllo aquas, * & cælos palma ponderáuit?

Quis appéndit tribus dígitis molē terræ: *

& libráuit in póndere montes, & colles in ſtatéra?

Quis adiuúuit ſpíritum Dómini? * aut quis conſiliárius eius fuit, & oſténdit illi?

Cum quo íniit consíliũ, & inſtrúxit eum, & dócuit eum ſemitã iuſtítiæ, * & erudíuit eum ſciéntiã, & viã prudéntiæ oſténdit illi?

Ecce gentes quaſi ſtilla sítulæ, * & quaſi moméntum ſtatéræ reputáta ſunt:

Ecce ínſulæ quaſi puluis exíguus. Et Líbanus non ſufficiet ad ſuccendéndum, * & animália eius non ſuffícient ad holocáuſtum.

Omnes Gentes quaſi non ſint, ſic ſunt coram eo, * & quasi níhilum & ináne reputátæ ſunt ei.

Canticum. Iſai. 42.

CAntáte Dómino cánticum nouum, * laus eius ab extrémis terræ.

Qui deſcénditis in mare, & plenitúdo eius, * ínſulæ, & habitatóres eárum.

Subleuétur deſértum, & ciuitátes eius, * in dómibus habitábit cedar:

Laudáte habitatóres Petræ, * de vértice móntium clamábunt.

Ponent Dómino glóriam, * & laudem eius in ínſulis nunciábunt.

Dóminus ſicut fortis egrediétur, * ſicut vir præliátor ſuſcitábit zelum.

Vociferábitur, & clamábit: * ſuper inimícos ſuos confortábitur.

Tácui ſemper, sílui, pátiens fui, * ſicut partúriens loquar.

Diſsipábo, & abſorbébo ſimul. ꝫ Deſértos fáciam montes, & colles, * & omne gramen eórum exſiccábo:

Et ponam flúmina in ínſulas, * & ſtagna arefáciam.

Et ducam cæcos in viam, quam néſciunt, * & in ſémitis, quas ignoráuerunt, ambuláre eos fáciam:

Ponam ténebras coram eis in lucem, * & praua in recta.

Canticum. Iſai. 49.

HÆc dicit Dóminus Redémptor Iſraël, ſanctus eius, ꝫ ad contemptíbilem áni-

mam ad abominátam gentem,* ad ſeruum dominórum:

R eges vidébunt, & conſúrgent príncipes, & adorábunt propter Dóminum, quia fidélis eſt,* & ſanctum Iſraël qui elégit te.

H æc dicit Dóminus: in témpore plácito exaudíui te,* & in die ſalútis auxiliátus ſum tui:

E t ſeruáui te, & dedi te in fœdus pópuli,* vt ſuſcitáres terram, & poſsidéres hereditátes diſsipátas.

V t díceres his qui vincti ſunt: Exíte:* & his: qui in ténebris. Reuelámini.

S uper vias paſcéntur,* & in ómnibus planis páſcua eórum.


N on eſúrient, neque sítient, & non percútiet eos æſtus & ſol:* quia miſerátor eórum reget eos, & ad fontes aquárum potábit eos.

E t ponam omnes montes meos in viam,* & ſemitæ meæ exaltabúntur.


E cce iſti de longè vénient, ecce illi ab Aquilóne & mari,* & iſti de terra Auſtráli.

Laudáte cæli, & exúlta terra, iubiláte montes laudem: * quia conſolátus eſt Dóminus pópulum ſuum, & páuperum ſuórum miſerébitur.

Glória Patri & Fílio.

Aña.


Ecce iã venit plenitúdo tẽporis in quo



miſit Deus Fílium ſuum in terris. Euouae.

℣. Egrediétur virga de radíce Ieſſe.

℟. Et flos de radíce eius aſcéndet.

In Natiuitate, Circumciſione, & Epiphania Domini, & Dominicis inter hæc feſta incidentibus. In feſto etiam S. Nominis Ieſu.

Pro tertio Nocturno.

Canticum. Iſai. c. 9.

POpulus, qui ambulábat in ténebris, * vidit lucem magnam.

Habitántibus in regióne vmbræ mortis, * lux orta eſt eis.

Multiplicásti Gentem, * non magnificásti lætítiam.

Lætabúntur coram te, ſicut qui lætántur in meſſe, * ſicut exúltant victóres capta præda, quando díuidunt ſpólia.

Iugum enim óneris eius, & virgam húmeri eius, * & ſceptrum exactóris eius ſuperáſti, ſicut in die Mádian.

Quia omnis violénta prædátio cum tumúltu, * & veſtiméntum mixtum ſánguine, erit in combuſtiónem, * & cibus ignis.

Páruulus enim natus eſt nobis, * & fílius datus eſt nobis,

Et factus eſt principátus ſuper húmerum eius: * & vocábitur nomen eius, admirábilis, conſiliárius,

Deus, fortis, pater futúri ſæculi, * princeps pacis.

Multiplicábitur eius impérium, * & pacis non erit finis.

Super ſólium Dauid, & ſuper regnum eius ſedébit: * vt confírmet illud, & corróbo-

ret in iudício & iuſtítia.
Amodò & vſque in ſempitérnum: * zelus Dómini exercítuum fáciet hoc.

Canticum. Iſai. 26.

VRbs fortitúdinis noſtræ Sion ſaluátor, * ponétur in ea murus & antemurále.
Aperíte portas, & ingrediátur Gens iuſta, * cuſtódiens veritátem.
Vetus error ábiit, ſeruábis pacem, * pacem, quia in te ſperáuimus.
Speráſtis in Dómino in ſǽculis ætérnis, * in Dómino Deo forti in perpétuum.
Quia incuruábit habitántes in excélſo, * ciuitátem ſublímem humiliábit.
Humiliábit eam vſque ad terram, * détrahet eam vſque ad púluerem.
Conculcábit eam pes, * pedes páuperis, greſſus egenórum.
Sémita iuſti recta eſt, * rectus callis iuſti ad ambulándum.
Et in ſémita iudiciórum tuórum Dómine ſuſtinúimus te: * nomen tuum, & memo-

riále tuum in desidério ánimæ.

Anima mea desideráuit te in nocte,* sed & spíritu meo in præcórdiis meis de manè vigilábo ad te.

Cùm féceris iudícia tua in terra,* iustítiam discent habitatóres orbis.

Misereámur ímpio, & non discet iustítiam:* in terra sanctórum iníqua gessit, & non vidébit glóriam Dómini.

Dómine exaltétur manus tua vt non vídeant: vídeant, & confundántur zelántes pópuli:* & ignis hostes tuos déuoret.

Dómine dabis pacem nobis:* ómnia enim ópera nostra operátus es nobis.

Canticum. Isai. 66.

LÆtámini cum Ierúsalem, & exultáte in ea * omnes qui dilígitis eam:

Gaudéte cum ea gáudio vniuérsi, qui lugétis super eam, vt sugátis,* & repleámini ab vbere consolatiónis eius:

Vt mulgeátis, & delíciis affluátis,* ab omnímoda glória eius.

Quia hæc dicit Dóminus: Ecce ego declinábo ſuper eam quaſi flúuium pacis, * & quaſi torréntem inundántem glóriam géntium,

Quam ſugétis: * ad vbera portabímini, & ſuper génua blandiéntur vobis.

Quómodo ſi cui mater blandiátur, ita & ego conſolábor vos, * & in Ierúſalem conſolabímini.

Vidébitis, & gaudébit cor veſtrum, * & oſſa veſtra quaſi herba germinábunt:

Et cognoſcétis manus Dómini ſeruis eius, * & indignábitur inimícis ſuis.

Quia ecce Dóminus in igne véniet, & quaſi turbo quadrígæ eius: * réddere in indignatióne furórem ſuum, & increpatiónem ſuam in flamma ignis:

Quia in igne Dóminus diiudicábit, & in gládio ſuo ad omnem carnem: * & multiplicántur interfécti à Dómino. Glória Patri.

Antiphonæ & Verſus habentur in locis propriis.

In Dominicis Quadragesimæ.

Pro tertio Nocturno.

Canticum. Ierem. 14.

DEdúcant óculi mei lácrymam per noctem & diem,* & non táceant:

Quóniam contritióne magna contríta est virgo fília pópuli mei,* plaga péssima veheménter.

Si egréssus fúero ad agros, ecce occísi gládio;* & si introíero in ciuitátem, ecce attenuáti fame.

Prophéta quoque & sacérdos abiérunt in terram,* quam ignorábant.

Numquid proiíciens abiecísti Iudam?* aut Sion abomináta est ánima tua?

Quare ergo percussísti nos,* ita vt nulla sit sánitas?

Expectáuimus pacem, & non est bonum;* & tempus curatiónis, & ecce turbátio.

Cognóuimus Dómine impietátes nostras, iniquitátes patrum nostrórum,* quia peccáuimus tibi.

Ne des nos in oppróbrium propter nomen tuum, * neque fácias nobis contuméliam sólij glóriæ tuæ:

Recordáre, * ne írritum fácias fœdus tuum nobíscum.

Canticum eiusdem. Thren. 5.

RECordáre Dómine quid accíderit nobis: * intuére, & réspice oppróbrium nostrum.

Heréditas nostra versa est ad aliénos, * domus nostræ ad extráneos.

Pupílli facti sumus absque patre, * matres nostræ quasi víduæ.

Aquam nostram pecúnia bíbimus: * ligna nostra prétio comparáuimus.

Ceruícibus nostris minabámur, * lassis non dabátur réquies.

Ægýpto dédimus manum, & Assyriis, * vt saturarémur pane.

Patres nostri peccauérunt, & non sunt: * & nos iniquitátes eórum portáuimus.

Defécit gáudium cordis nostri: * versus

eſt in luctum chorus noſter.

Cécidit coróna cápitis noſtri: * væ nobis, quia peccáuimus.

Proptéreà mœſtum factum eſt cor noſtrum, * ídeo contenebráti ſunt óculi noſtri.

Tu autem Dómine in ætérnum permanébis, * ſólium tuum in generatiónem & generatiónem.

Quare in perpétuum obliuiſcéris noſtri? * derelínques nos in longitúdine diérum?

Conuérte nos Dómine ad te, & conuertémur: * ínnoua dies noſtros, ſicut à princípio.

Canticum. Ezechiel. 36.

TOllam quippe vos de géntibus, & congregábo vos de vniuérſis terris, * & addúcam vos in terram veſtram.

Et effúndam ſuper vos aquam mundam, & mundábimini ab ómnibus inquinaméntis veſtris, * & ab vniuérſis idólis veſtris mundábo vos.

Et dabo vobis cor nouum, * & ſpíritum nouum ponam in médio veſtri:

Et áuferam cor lapídeum de carne veſtra,* & dabo vobis cor cárneum.

Et ſpíritum meum ponam in médio veſtri, & fáciam vt in præcéptis meis ambulétis,* & iudícia mea cuſtodiátis, & operémini.

Et habitábitis in terra, quam dedi pátribus veſtris: & éritis mihi in pópulum,* & ego ero vobis in Deum. Glória Patri.

Antiphonæ & Verſus in proprio de tempore aſsignantur.

In Paſchate, Aſcenſione, Pentecoſte, & diebus Dominicis vſque ad feſtum S. Trinitatis excluſiuè.

Pro tertio Nocturno.

Canticum. Iſai. 63.

QVis eſt iſte, qui venit de Edom,* tinctis véſtibus de Boſra?

Iſte formóſus in ſtola ſua,* grádiens in multitúdine fortitúdinis ſuæ.

Ego, qui loquor iuſtítiam,* & propugnátor ſum ad ſaluándum.

Quare ergo rubrum eſt induméntum

tuum,* & veſtiménta tua ſicut calcántium in torculári?
Tórcular calcáui ſolus,* & de géntibus non eſt vir mecum.
Calcáui eos in furóre meo,* & conculcáui eos in ira mea:
Et aſpérſus eſt ſanguis eórum ſuper veſtiménta mea:* & ómnia induménta mea inquináui.
Dies enim vltiónis in corde meo,* annus redemptiónis meæ venit.
Circumſpéxi, & non erat auxiliátor:* quæſíui, & non fuit qui adiuuáret:
Et ſaluáuit mihi bráchium meum,* & indignátio mea ipſa auxiliáta eſt mihi.

Canticum. Oſeæ 6.

VEníte & reuertámur ad Dóminum: quia ipſe cepit, & ſanábit nos:* percútiet, & curábit nos.
Viuificábit nos poſt duos dies: in die tértia ſuſcitábit nos,* & viuémus in conſpéctu eius.

Sciémus ſequemúrque * vt cognoſcámus Dóminum:

Quaſi dilúculum præparátus eſt egréſſus eius, * & véniet quaſi imber nobis temporáneus, & ſerótinus terræ.

Quid fáciam tibi Ephraim? quid fáciam tibi Iuda? ✝ miſericórdia veſtra quaſi nubes matutína, * & quaſi ros manè pertránſiens.

Propter hoc doláui in Prophétis, ✝ & occídi eos in verbis oris mei: * & iudícia mea quaſi lux egrediéntur.

Quia miſericórdiam vólui, & non ſacrifícium, * & ſciéntiam Dei pluſquam holocáuſta.

Canticum. Sophron. 3.

EXpéčta me, dicit Dóminus, in die reſurrećtiónis meæ in futúrum, * quia iudícium meum vt cóngregem Gentes, & cólligam regna:

Et effúndam ſuper eos indignatiónem meam, * & omnem iram furóris mei:

In igne enim zeli mei * deuorábitur omnis terra.
Quia tunc reddam pópulis lábium eléctum, vt ínuocent omnes in nómine Dómini, * & séruiant ei húmero vno.
Vltra flúmina Æthiópiæ, inde súpplices mei, * fílij dispersórum meórum déferent munus mihi.
In die illa non confundéris super cunctis adinuentiónibus tuis, * quibus præuaricáta es in me:
Quia tunc áuferam de médio tui magníloquos supérbiæ tuæ, * & non adiícies exaltári ámplius in monte sancto meo.
Et derelínquam in médio tui pópulum páuperem, & egénum: * & sperábunt in nómine Dómini.
Relíquiæ Israël non fácient iniquitátem, nec loquéntur mendácium, * & non inueniétur in ore eórum lingua dolósa:
Quóniam ipsi pascéntur, & accubábunt, * & non erit qui extérreat.

A Paſchate ad Aſcenſionem.

Aña. 

Alleluia, alleluia, alleluia, alleluia,




alleluia, alleluia, alleluia. Euouae.

℣. Cognouérunt Dóminum, alleluia.

℟. In fractióne panis, alleluia.

In Aſcenſione.

Aña. 

Illi autē profécti prædicauérūt vbíq;



Deo cooperánte & ſermónē confirmánte



ſequētibus ſignis, alleluia, alleluia. Euouae.

℣. Non vos relínquam órphanos, alleluia.

℟. Véniam ad vos, & gaudébit cor veſtrum, alleluia.

In Pentecoſte.

Aña. 

Pacem meā do vobis, allelúia, pacem



relínquo vobis, allelúia. Euouae.

℣. Spíritus Paráclitus, allelúia.

℟. Docébit vos ómnia, allelúia.

In feſto Corporis Chriſti.

Pro tertio Nocturno.

Canticum. Prouerb. 9.

SApiéntia ædificáuit ſibi domum, * excídit colúmnas ſeptem.

Immoláuit víctimas ſuas, * míſcuit vinum, & propóſuit menſam ſuam.

Miſit ancíllas ſuas, vt vocárent ad arcem, * & ad mœnia ciuitátis.

Si quis eſt páruulus, véniat ad me: * Et inſipiéntibus locúta eſt:

Veníte comédite panem meum, * & bíbite vinum quod míſcui vobis.

Relínquite infántiam, & víuite, * & am-

buláte per vias prudéntiæ:

Princípium ſapiéntiæ timor Dómini: * & ſciéntia ſanctórum, prudéntia.

Per me enim multiplicabúntur dies tui, * & addéntur tibi anni vitæ.

Si ſápiens fúeris, tibimetípſi eris: * ſi autem illúſor, ſolus portábis malum.

Canticum. Ierem. 31.

AVdíte verbum Dómini Gentes, * & annunciáte in ínſulis, quæ procul ſunt, & dícite.

Qui diſpérſit Iſraël, congregábit eam, * & cuſtódit eam ſicut paſtor gregem ſuum.

Redémit enim Dóminus Iacob, * & liberáuit eum de manu potentióris.

Et vénient, & laudábunt in monte Sion: * & cónfluent ad bona Dómini.

Super fruménto, & vino, & óleo, * & fœtu pécorum & armentórum:

Erítque ánima eórum quaſi hortus irríguus, * & vltrà non eſúrient.

Tunc lætábitur virgo in choro, * iúue-

nes & ſenes ſimul:
Et conuértam luctum eórum in gáudium,* conſolábor eos, & lætificábo à dolóre ſuo.
Et inebriábo ánimam ſacerdótum pinguédine: * & pópulus meus in bonis meis adimplébitur, ait Dóminus.

Canticum. Sapient. 16.

ANgelórum eſca nutriuíſti pópulum tuum, * & parátum panem de cælo præſtitíſti illis ſine labóre,
Omne delectaméntum in ſe habéntem, * & omnis ſapóris ſuauitátem.
Subſtántia enim tua dulcédinem tuam, * quam in fílios habes, oſtendébat:
Et deſéruiens vniuſcuiúſque voluntáti,* ad quod quiſque volébat, conuertebátur.
Vt ſcirent fílij tui, quos dixíſti Dómine: quóniam non natiuitátis fructus paſcunt hómines, * ſed ſermo tuus hos, qui in te credíderint, conſéruat.
Ingráti enim ſpes tanquam hibernális glácies tabéſcet, * & diſpériet tanquam aqua ſuperuácua.

Magna ſunt enim iudícia tua Dómine, ꝛ & inenarrabília verba tua: * propter hoc indiſciplinátæ ánimæ errauérunt.



Verſ. Edúcas panem de terra.
Reſp. Et vinum lætíficet cor hóminis.

In feſtis Beatiſsimæ Virginis, & omnium ſanctarum Virginum, & fœminarum: etiam in ſolemnitate Coronæ Chriſti.

Pro tertio Nocturno.

Canticum. Eccli. 39.

OBaudíte me diuíni fructus, * & quaſi roſa plantáta ſuper riuos aquárum fructificáte.

Quaſi Líbanus * odórem ſuauitátis habéte.

Floréte flores, quaſi lílium, & date odórem, & frondéte in grátiam, ꝛ & collaudáte cán-

ticum, * & benedícite Dóminum in opéribus suis.

D ate nómini eius magnificéntiam, ꝭ & confitémini illi in voce labiórum vestrórum, * & in cánticis labiórum & cítharis.

E t sic dicétis in confessióne : * Opera Dómini vniuérsa bona valde.

Canticum. Isai. 61. 62.

GAudens gaudébo in Dómino, * & exultábit ánima mea in Deo meo:

Q uia índuit me vestiménto salútis: * & induménto iustítiæ circúmdedit me,

Q uasi sponsum decorátum coróna, * & quasi sponsam ornátam monílibus suis.

S icut enim terra profert germen suum, ꝭ & sicut hortus semen suum gérminat, * sic Dóminus Deus germinábit iustítiam, & laudem coram vniuérsis Géntibus.

P ropter Sion non tacébo, & propter Ierúsalem non quiéscam, ꝭ donec egrediátur vt splendor iustus eius, * & saluátor eius, vt lampas accendátur.

Et vidébunt Gentes iustum tuum,* & cuncti reges ínclytum tuum:

Et vocábitur tibi nomen nouum,* quod os Dómini nomináuit.

Et eris coróna glóriæ in manu Dómini,* & diadéma regni in manu Dei tui.

Canticum. Ibidem.

NOn vocáberis vltrà derelícta:* & terra tua non vocábitur ámpliùs desoláta;

Sed vocáberis volúntas mea in ea,* & terra tua inhabitáta.

Quia complácuit Dómino in te:* & terra tua inhabitábitur.

Habitábit enim iúuenis cum vírgine,* & inhabitábunt in te fílij tui.

Et gaudébit sponsus super sponsam,* & gaudébit super te Deus tuus.

Super muros tuos Ierúsalem constítui custódes,* tota die, & tota nocte in perpétuum non tacébunt.

Qui reminiscímini Dómini ne taceátis,* &

ne detis siléntium ei, * donec stabíliat, & donec ponat Ierúsalem laudem in terra.

In festis Apostolorum & Euangelistarum. Pro tertio Nocturno.

Canticum. Isai. 61.

VOs sacerdótes Dómini vocabímini: * minístri Dei nostri, dicétur vobis:

Fortitúdinem Géntium comedétis, * & in glória eárum superbiétis.

Pro confusióne vestra dúplici, * & rubóre laudábunt partem suam.

Propter hoc in terra sua duplícia possidébunt, * lætítia sempitérna erit eis.

Quia ego Dóminus díligens iudícium, * & ódio habens rapínam in holocáusto:

Et dabo opus eórum in veritáte, * & fœdus perpétuum fériam eis.

Et scient in Géntibus semen eórum, * & germen eórum in médio populórum:

Omnes, qui víderint eos, cognóscent illos, * quia isti sunt semen, cui benedíxit Dóminus.

Canticum. Sap. 3.

FVlgébunt iuſti, * & tanquam ſcintíllæ in arundinéto diſcúrrent.

Iudicábunt natiónes, & dominabúntur pópulis : * & regnábit Dóminus illórum in perpétuum.

Qui confídunt in illo intélligẽt veritátem :* & fidéles in dilectióne acquiéſcent illi:

Quóniam donum, * & pax eſt eléctis eius.

Canticum. Eiuſd. 10.

REddidit Deus iuſtis mercédem labórum ſuórum, * & dedúxit illos in via mirábili.

Et fuit illis in velaménto diéi, * & in luce ſtellárum per noctem:

Tránſtulit illos per mare rubrum, * & tranſuéxit illos per aquam nímiam.

Inimícos autem illórum demérſit in mare,* & ab altitúdine inferórum edúxit illos.

Ideo iuſti tulérunt ſpólia impiórum, * & decantauérunt Dómine nomen ſanctum tuum.

Et victrícem manum tuam laudauérunt páriter: quóniam ſapiéntia apéruit os mutórum, * & linguas infántium fecit diſértas.

In feſtis vnius Martyris & omnium Confeſſorum. Pro tertio Nocturno.

Canticum. Eccl. 14. & 15.

BEátus vir, qui in ſapiéntia morábitur, & qui in iuſtítia ſua meditábitur, * & in ſenſu cogitábit circumſpectiónem Dei.

Cibábit illum pane vitæ & intelléctus, * & aqua ſapiéntiæ ſalutáris potábit illum:

Et firmábitur in illo & non flectétur: & continébit illum & non confundétur: * & exaltábit illum apud próximos ſuos:

Et nómine ætérno hereditábit illum * Dóminus Deus noſter.

Canticum. Ierem. 17.

BEnedíctus vir qui confídit in Dómino, * & erit Dóminus fidúcia eius.

Et erit quaſi lignum, quod transſplantátur ſuper aquas, quod ad humórem mittit radíces ſuas: * & non timébit cũ vénerit æſtus.

Et erit fólium eius víride, & in témpore ſiccitátis non erit ſollícitum, * nec aliquándo déſinet fácere fructum.

Canticum. Eccli. 31.

BEátus vir qui inuéntus eſt ſine mácula: & qui poſt aurum non ábiit, * nec ſperáuit in pecúnia & theſáuris.

Quis eſt hic & laudábimus eum? * fecit enim mirabília in vita ſua.

Qui probátus eſt in illo, & perféctus eſt, * erit illi glória ætérna.

Qui pótuit tránſgredi, & non eſt tranſgréſſus, * fácere mala & non fecit:

Ideo ſtabilíta ſunt bona illíus in Dómino, * & eleëmóſynas illíus enarrábit omnis Ecclésia ſanctórum.

In feſtis plurimorum Martyrum, etiam in feſto omnium Sanctorum.

Pro tertio Nocturno.

Canticum. Sapient. 5.

IVſtórum ánimæ in manu Dei ſunt, * & non tanget illos torméntum mortis.

Visi sunt óculis insipiéntium mori: * & æstimáta est afflíctio éxitus illórum,

Et quod à nobis est iter, extermínium: * illi autem sunt in pace.

Et si coram homínibus torménta passi sunt, * spes illórum immortalitáte plena est.

In paucis vexáti, in multis benè disponéntur: * quóniam Deus tentáuit illos, & inuénit illos dignos se.

Tanquam aurum in fornáce probáuit illos, & quasi holocáusti hóstiam accépit illos, * & in témpore erit respéctus illórum.

Canticum. Sap. 3.

FVlgébunt iusti, * & tanquam scintíllæ in arundinéto discúrrent.

Iudicábunt natiónes, & dominabúntur pópulis: * & regnábit Dóminus illórum in perpétuum.

Qui confídunt in illo intélligēt veritátem: * & fidéles in dilectióne acquiéscent illi:

Quóniam donum, * & pax est eléctis eius.

Canticum. Eiuſd. 10.

REddidit Deus iuſtis mercédem labórum ſuórum, * & dedúxit illos in via mirábili.

Et fuit illis in velaménto diéi, * & in luce ſtellárum per noctem:

Tránſtulit illos per mare rubrum, * & tranſuéxit illos per aquam nímiam.

Inimícos autem illórum demérſit in mare, * & ab altitúdine inferórum edúxit illos.

Ideò iuſti tulérunt ſpólia impiórum, * & decantauérunt Dómine nomen ſanctum tuum.

Et victrícem manum tuam laudauérunt páriter: quóniam ſapiéntia apéruit os mutórum, * & linguas infántium fecit diſértas.

In Dedicatione Eccleſiæ.

Pro tertio Nocturno.

Canticum. Tobiæ 13.

BEnedícite Dóminum omnes elécti eius: * ágite dies lætítiæ, & confitémini illi.

Ierúſalem ciuitas Dei,* caſtigáuit te Dómi-
nus in opéribus mánuum tuárum.
Confitére Dómino in bonis tuis, & béne-
dic Deum ſæculórum,* & reædíficet in te
tabernáculum ſuum,
Et réuocet ad te omnes captíuos,* & gáu-
deas in ómnia ſǽcula ſæculórum.
Luce ſpléndida fulgébis:* & omnes fines
terræ adorábunt te.
Natiónes ex longínquo ad te vénient:* &
múnera deferéntes, adorábunt in te Dn̄m.
Et terram tuam in ſanctificatiónem ha-
bébunt:* Nomen enim magnum inuocá-
bunt in te.
Maledícti erunt qui contémpſerint te: &
condemnáti erunt omnes qui blaſphemá-
uerint te:* benedictíque erunt qui ædifi-
cáuerint te.
Tu autem lætáberis in fíliis tuis,* quó-
niam omnes benedicéntur, & congrega-
búntur ad Dóminum.
Glória Patri, & Fílio, &c.

Canticum.

Canticum. Iſai. 2.

ERit in nouíſsimis diébus præparátus mons domus Dómini * in vértice móntium.

Et eleuábitur ſuper colles, * & fluent ad eum omnes gentes.

Et ibunt pópuli multi, & dicent: * Veníte & aſcendámus ad montem Dómini, & ad domum Dei Iacob,

Et docébit nos vias ſuas, * & ambulábimus in ſémitis eius.

Quia ex Sion exíbit lex, * & verbum Dómini de Ierúſalem.

Glória Patri, & Fílio, &c.

Canticum. Ierem. 17.

AVdíte verbum Dómini omnis Iuda, * qui ingredímini per portas has, vt adorétis Dóminum.

Hæc dicit Dóminus exercítuum * Deus Iſraël.

Bonas fácite vias veſtras, & ſtúdia veſtra: * & habitábo vobíſcum in loco iſto.

Nolíte confídere in verbis mendácij, dicentes: * Templum Dómini, Templum Dómini, Templum Dómini eſt.

Quóniam ſi benè direxéritis vias veſtras, * & ſtúdia veſtra:

Si fecéritis iudícium inter virum & próximum eius, * áduenæ, & pupíllo, & víduæ non fecéritis calúmniam,

Nec ſánguinem innocéntem effudéritis in loco hoc, * & poſt Deos aliénos non ambulauéritis in malum vobiſmetípſis:

Habitábo vobíſcum in loco iſto: † in terra, quam dedi pátribus veſtris * à ſæculo & vſque in ſæculum.

Glória Patri, & Fílio, &c.

✠

COLLECTIO HYMNORVM QVI PER TOTVM ANNVM in ſingulis Diuini Officij horis dicuntur.

Dominica die (ſi de illa fiat Officium) & diebus feriatis, ab Octaua Epiphaniæ vſque ad primam Dominicam Quadrageſimæ, & à Dominica prima Nouembris vſque ad Aduentum. Ad Vigilias. Hymnus.



ÆTérne rerum Cónditor,



Noctem, diémque qui regis,



Et témporum das témpora,



Vt álleues faſtídium.

Præco diéi iam ſonat,
Noctis profúndæ péruigil,
Noctúrna lux viántibus,

A nocte noctem ſégregans.
Hoc excitátus lúcifer
Soluit polum calígine,
Hoc omnis errónum cohors
Viam nocéndi déſerit.
Hoc nauta vires cólligit,
Pontíque mitéſcunt freta,
Hoc, ipſa petra Eccléſiæ,
Canénte, culpam díluit.
Surgámus ergo ſtrénuè,
Gallus iacéntes éxcitat,
Et ſomnoléntos íncrepat,
Gallus negántes árguit.
Gallo canénte ſpes redit,
Ægris ſalus refúnditur,
Mucro latrónis cónditur,
Lapſis Fides reuértitur.
Iesu labántes réſpice,
Et nos vidéndo córrige:
Si réſpicis, labes cadunt,
Fletúque culpa ſóluitur.
Tu lux refúlge ſénſibus,

Mentíſque ſomnum díſcute
Te noſtra vox primùm ſonet
Et vota ſoluámus tibi.
Deo Patri ſit glória,
Eiúſque ſoli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc & in perpétuum. Amen.

Ab Octaua Pentecoſtes vſque ad Dominicam j. Nouemb. ad Vigilias. Hymnus.




NOcte ſurgéntes vigilémus omnes,



Semper in pſalmis meditémur, atque



Víribus totis Dómino canámus



Dúlciter hymnos.


Vt pio Regi páriter canéntes,
Cùm ſuis Sanctis mereámur aulam

Ingredi cæli, ſimul & beátam
Dúcere vitam.
P ræſtet hoc nobis Déitas beáta
Patris, ac Nati, paritérque Sancti
Spíritus; cuius réboat per omnem
Glória mundum. Amen.

Quando ad Nocturnum dicitur, Hymnus. Æ térne rerum Cónditor. ad Laudes dicitur ſequens. Hymnus.




S Plendor Patérnæ glóriæ,



De luce lucem próferens,



Lux lucis, & fons lúminis,



Diem dies illúminans.
V erúſque ſol illábere,
Micans nitóre pérpeti:


Iubárque ſanĉti Spíritus
Infúnde noſtris ſénſibus.
Votis vocémus & Patrem,
Patrem perénnis glóriæ,
Patrem poténtis grátiæ,
Culpam reléget lúbricam.
Confírmet aĉtus ſtrénuos,
Dentes retúndat ínuidi,
Caſus ſecúndet áſperos,
Donet geréndi grátiam.
Mentem gubérnet & regat,
Caſto, fidéli córpore;
Fides calóre férueat,
Fraudis venéna néſciat.
Chriſtúſque nobis ſit cibus,
Potúſque noſter ſit Fides:
Læti bibámus ſóbriam
Ebrietátem ſpíritus.
Lætus dies hic tránſeat,
Pudor ſit vt dilúculum,
Fides velut merídies,
Crepúſculum mens néſciat.

Auróra curſus próuehit,
Auróra totus pródeat,
In Patre totus Fílius,
Et totus in Verbo Pater.
Deo Patri ſit glória,
Eiúſque ſoli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc, & in perpétuum. Amen.


Quando ad Nocturnum dicitur Hymnus. Nocte ſurgéntes. ad Laudes dicitur.
Hymnus.



ECce iam noctis tenuátur vmbra,



Lucis auróra rútilans corúſcat,



Níſibus totis rogitémus omnes



Cunctipoténtem.

Vt Deus noſtri miserátus, omnem
Pellat languórem, tríbuat ſalútem,
Donet & nobis pietáte Patris
Regna polórum.

Præſtet hoc nobis Déitas beáta
Patris ac Nati, pariterque ſanċti
Spíritus, cuius réboat per omnem
Glória mundum. Amen.

Hymnus, ad Primam omni tẽpore excepto triduo ante Paſcha in quo nullus dicitur.

Cantus in omnibus Feſtis Sermonum & duarum Miſſarum maioribus. Ad Hymnos Horarum diei.



IAm lucis orto sídere,



Deum precémur ſúpplices,



Vt in diúrnis áċtibus




Nos ſeruet à nocéntibus.

Cantus pro Feſtis minoribus duarum Miſſarum, Dominicis, & Feſtis duodecim Lectionum, ac diebus infra Octauas ſolemnes. Ad Hymnos Horarum.



Cantus pro Feſtis trium Lectionum. Ad Hymnos Horarum.



Cantus Ferialis. Ad Hymnos Horarum.



IAm lucis orto sídere,



Deum precémur ſúpplices,



Vt in diúrnis áctibus



Nos ſeruet à nocéntibus.

Linguam refrænans témperet,
Ne litis horror ínſonet,
Viſum fouéndo cóntegat,
Ne vanitátes háuriat.
Sint pura cordis íntima,
Absíſtat & vecórdia
Carnis terat ſupérbiam
Potus cibíque párcitas.
Vt cùm dies abſcéſſerit,
Noctémque ſors redúxerit,

Mundi per abſtinéntiam
Ipſi canámus glóriam.
Deo Patri ſit glória,
Eiúſque ſoli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc, & in perpétuum. Amen.

Ad Tertiam ſingulis diebus prӕterquam in feſto & per Octauas Pentecoſtes.

Hymnus.

NVnc ſancte nobis Spíritus,
Vnum Patri cum Fílio,
Dignáre promptus íngeri,
Noſtro refúſus péctori.
Os, lingua, mens, ſenſus, vigor,
Confeſsiónem pérſonent,
Flamméſcat igne cáritas,
Accéndat ardor próximos.
Prӕſta Pater piíſsime,
Patríque compar Vnice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne ſӕculum. Amen.

Ad

Ad Sextam quotidie. Hymnus.

RЕctor potens, verax Deus,
Qui témperas rerum vices,
Splendóre manè illúminas,
Et ígnibus merídiem.
Extíngue flammas lítium,
Aufer calórem nóxium,
Confer ſalútem córporum,
Verámque pacem córdium.
Præſta Pater piiſsime,
Patríque compar Vnice,
Cum Spíritu Paráclito,
Regnans per omne ſǽculum. Amen.

Ad Nonam per totum annum. Hymnus.

RErum Deus tenax vigor,
Immótus in te pérmanens,
Lucis diúrnæ témpora,
Succéſsibus detérminans.
Largíre clarum véſperè,
Quo vita nuſquam décidat,
Sed prǽmium mortis ſacræ
Perénnis inſtet glória.

Præſta Pater piíſsime,
Patríque compar Vnice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne ſæculum. Amen.


Dominica & per hebdomadam ad Veſperas à iij. Dominica poſt Pentecoſten vſque ad j. Nouembris. Hymnus.



LVcis Creátor óptime,



Lucem diérum próferens,



Primórdiis lucis nouæ,




Mundi parans oríginem.

Qui manè iunctum véſperi,
Diem vocári præcipis,
Tetrum chaos illábitur,
Audi preces cum flétibus.


Ne mens grauáta crímine,
Vitæ ſit exul múnere,
Dum nil perénne cógitat,
Seſéque culpis ílligat.
Cælórum pulſet íntimum,
Vitále tollat prǽmium:
Vitémus omne nóxium,
Purgémus omne péſsimum.
Præſta Pater piiſsime,
Patríque compar Vnice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne ſǽculum. Amen.

A Dominica prima Nouembris vſque ad Aduentum & ab Octaua Epiphaniæ vſque ad Dominicam primam Quadrageſimæ.

Hymnus.




DEus creátor ómnium,



Políque rector, véſtiens



Diem decóro lúmine,




Noctem sopóris grátia.


Artus solútos vt quies
Reddat labóris vsui;
Mentésque fessas, álleuet,
Luctúsque soluat ánxios.
Grates peracto iam die,
Et noctis exórtu, preces,
Voti reos vt ádiuues,
Hymnum canéntes, sóluimus.
Te cordis ima cóncinant,
Te vox canóra cóncrepet:
Te díligat castus amor,
Te mens adóret sóbria.
Et cùm profúnda cláuserit
Diem calígo nóctium;
Fides ténebras nésciat,
Et nox fide relúceat.

Dormíre mentem ne ſinas,
Dormíre culpa nóuerit:
Caſtis fides refrígerans
Somni vapórem témperet.
Exúta ſenſu lúbrico,
Te cordis alta ſómnient;
Ne hoſtis ínuidi dolo,
Pauor quiétos ſúſcitet.
Chriſtum rogémus, & Patrem,
Chriſti Patríſque Spíritum
Vnum potens per ómnia
Foue precántes Trínitas. Amen.


Sabbato, ad Veſperas.
Hymnus.



O Lux beáta Trínitas,



Et principális Vnitas:



Iam ſol recédit ígneus,



Infúnde lumen córdibus.

Te manè laudum cármine,
Te deprecémur véſpere,
Te noſtra ſupplex glória
Per cuncta laudet ſæcula.

Deo Patri ſit glória,
Eiúſque ſoli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc, & in perpétuum. Amen.

Ad Completorium omni tempore. Hymn.

Cantus pro Feſtis Sermonum & MM. maj.



TE lucis ante términum



Rerum Creátor póſcimus,




Vt sólita clementia




Sis præſul ad cuſtódiam.

Cantus pro Feſtis MM. minoribus, Dominicis, Feſtis duodecim Lectionum, & diebus infra Octauas ſolemnes.



Cantus pro Feſtis trium Lectionum.



Cantus pro Feriis.

Hymnus.



T E lucis ante términum



Rerum Creátor póſcimus,



Vt ſólita cleméntia



Sis præſul ad cuſtódiam.

Procul recédant ſómnia,
Et nóctium phantáſmata:
Hoſtémque noſtrum cómprime,
Ne polluántur córpora.

Præſta Pater omnípotens
Per Ieſum Chriſtum Dóminum,
Qui tecum in perpétuum
Regnat cum ſancto Spíritu. Amen.

Salve Reg: fol. 541


In Aduentu, ad Veſperas. Hymnus.




COnditor alme ſíderum,



Ætérna lux credéntium



Chriſte Redémptor ómnium,



Exáudi preces ſúpplicum.

Qui cóndolens intéritu
Mortis períre ſæculum,
Saluáſti Mundum lánguidum;
Donans reis remédium.

Vergénte Mundi véſpere,
Vti ſponſus de thálamo
Egréſſus honeſtíſsima
Vírginis matris cláuſula,


Cuius forti poténtiæ
Genu curuántur ómnia,

Cæléſtia, terréſtria,
Nutu faténtur ſúbdita.
Te deprecámur ágie,
Ventúre Iudex ſæculi,
Conſérua nos in témpore,
Hoſtis à telo pérfidi.
Laus, honor, virtus, glória,
Deo Patri, & Fílio,
Sancto ſimul Paráclito,
In ſæculórum ſæcula. Amen.

Ad Vigilias.




VErbum ſupérnum pródiens,



A Patre olim éxiens,



Qui natus orbi ſúbuenis,




Curſu decliui témporis.

Illúmina nunc péctora,
Tuóque amóre cóncrema;
Audíto vt præcónio
Sint pulſa tandem lúbrica.
Iudéxque cùm poſt áderis,
Rimári facta péctoris,
Reddens vicem pro ábditis,
Iuſtíſque regnum pro bonis.
Non demùm arctémur malis
Pro qualitáte críminis;
Sed cum beátis cómpotes,
Simus perénnes cǽlibes.
Laus, honor, virtus, glória,
Deo Patri, & Fílio,
Sancto ſimul Paráclito,
In ſæculórum ſǽcula. Amen.

Ad Laudes.




V Ox clara ecce íntonat,



Obſcúra quæque íncrepat:



Procul fugéntur fómnia,



Ab æthre Chriſtus prómicat.

Mens iam reſúrgat tórpida,
Quæ ſorde extat ſáucia:
Sidus refúlget iam nouum,
Vt tollat omne nóxium.

E ſurſum Agnus míttitur
Laxáre gratis débitum:
Omnes pro indulgéntia
Vocem demus cum lácrymis.


Vt cùm ſecúndò fúlſerit,
Mundúmque horror cínxerit
Non pro reátu púniat,
Sed nos pius tunc prótegat.

Laus, honor, virtus, glória,
Deo Patri, & Fílio,
Sancto ſimul Paráclito,
In ſæculórum ſæcula. Amen.

In Natiuitate Domini, ad Vesp. & Vigilias.



CHriſte Redémptor ómnium,



Ex Patre Patris vnice,



Solus ante princípium,



Natus ineffabí liter.


Tu lumen, tu ſplendor Patris,
Tu ſpes perénnis ómnium,
Inténde quas fundunt preces,
Tui per Orbem fámuli.
Meménto ſalútis Auctor,
Quòd noſtri quondam córporis,
Ex illibáta Vírgine,
Naſcéndo formam ſúmpſeris.
Sic præſens teſtátur dies,
Currens per anni círculum

Quod ſolus à ſede Patris
Mundi ſalus aduéneris.
Hunc Cælum, terra: hunc mare,
Hunc omne quod in eis eſt,
Auctórem aduéntus tui
Laudans exúltat cántico.
Nos quoque qui ſancto tuo,
Redémpti ſánguine ſumus,
Ob diem natális tui,
Hymnum nouum concínimus.
Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre & ſancto Spíritu
In ſempitérna ſǽcula. Amen.


Sic terminantur omnes Hymni eiuſdem metri vſque ad Epiphan. per omnes Horas, etiam in feſtis SS. Ad Laudes. Hymnus.



A Solis ortus cárdine,




Ad vſque terræ límitem,



Beátus Auctor ſæculi;
Seruíle corpus índuit:
Vt carne carnem líberans;
Ne pérderet quos cóndidit.
Caſtæ paréntis víſcera
Cæléſtis intrat grátia:
Venter puéllæ báiulat
Secréta quæ non nóuerat.
Domus pudíci péctoris
Templum repéntè fit Dei:
Intácta néſciens virum,
Verbo concépit Fílium.
Eníxa eſt puérpera,
Quem Gábriel prædíxerat;
Quem matris aluo géſtiens,
Clauſus Ioánnes ſénſerat.
Fœno iacére pértulit,

Præſépe non abhórruit,
Paruóque lacte paſtus eſt,
Per quem nec ales éſurit.
Gaudet chorus Cæléſtium,
Et Angeli canunt Deo,
Palámque fit paſtóribus
Paſtor Creátor ómnium.
Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine
Cum Patre & ſancto Spíritu,
In ſempitérna ſæcula. Amen.

In Epiphania Domini ad Veſperas & ad Vigilias. Hymnus.



Qui



Qui regna dat cæ léſti a.

Ibant Magi, quam víderant,
Stellam ſequéntes præuiam:
Lumen requírunt lúmine,
Deum faténtur múnere.

Lauácra puri gúrgitis
Cæléſtis Agnus áttigit:
Peccáta quæ non détulit:
Nos abluéndo ſúſtulit.

Nouum genus poténtiæ,
Aquæ rubéſcunt hydriæ,
Vinúmque iuſſa fúndere;
Mutáuit vnda oríginem.

Glória tibi Dómine,
Qui apparúiſti hódie,
Cum Patre, & ſancto Spíritu,
In ſempitérna ſæcula. Amen.

Sic terminantur omnes Hymni per totam Octauam, exceptis Hymnis de SS. Nomine Ieſu.

Ad Laudes Hymnus.



O Sola magnárum v́rbium



Maior Béthleem, cui cóntigit



Ducem ſalútis cǽlitus



Incorporátum gígnere.

Quem ſtella, quæ ſolis rotam
Vincit decóre ac lúmine,
Veníſſe terris núntiat
Cum carne terréſtri Deum.

Vidére poſtquam illum Magi,
Eóa promunt múnera;
Stratíque votis ófferunt,
Thus, myrrham, & aurum régium.

Regem Deúmque annúntiant
Theſáurus, & fragrans odor

Thuris Sabǽi, ac mýrrheus
Puluis ſepúlchrum prǽdocet.
Glória tibi Dómine,
Qui apparuíſti hódie,
Cum Patre & ſancto Spíritu
In ſempitérna ſǽcula. Amen.


In Quadrageſima vſque ad Dominicam Paſsionis, ad Veſperas. Hymnus.



AVdi benígne Cónditor,



Noſtras preces cum flétibus,



In hoc ſacro ieiúnio



Fuſas quadragenário.
Scrutátor alme córdium,
Infírma tu ſcis vírium
Ad te reuérſis éxhibe

Remiſsiónis grátiam.
Multùm quidem peccáuimus,
Sed parce confiténtibus:
Ad laudem tui nóminis
Confer medélam lánguidis.
Sic corpus extrà cónteri
Dona per abſtinéntiam,
Ieiúnet vt mens ſóbria
A labe prorſus críminum.
Præſta beáta Trínitas,
Concéde ſimplex Vnitas,
Vt fructuóſa ſint tuis
Ieiuniórum múnera. Amen.

Ad Vigilias. Hymnus.



SVmmi largítor præmij,



Spes vna mundi pérditi:



Preces inténde páuperum,



Ad pedes tuos fléntium.
Noſtra nos conſciéntia
Culpis accúſat gráuibus:
Quam emúndes, ſupplicámus,
Ab ómnibus piáculis.
Si rénuis, quis tríbuet?
Indúlge, quia mitis es:
Si corde rogámus pio,
Certè debes ex promíſſo.
Ergo accépta mýſticum,
Quod ſacráſti ieiúnium:
Vti dignè paſchália
Capiámus ſacraménta.
Summa nobis hoc cónferat
In deitáte Trínitas:
In qua gloriátur vnus
Per cuncta ſæcula Deus. Amen.

Ad Laudes. Hymnus.



IAm Chriſte Sol iuſtítiæ,



Mentis diéſcant ténebræ,



Virtútum vt lux rédeat,



Terris diem cùm réparas.

Dans tempus acceptábile,
Et pœnitens cor tríbue;
Conuértat vt benígnitas,
Quos longa ſuffert píetas.
Quiddámque pœniténtiæ
Da ferre, quamuis gráuium,
Maióre tuo múnere,
Quo démptio fit críminum.
Dies venit, dies tua,
In qua reflórent ómnia:
Lætémur in hac ad tuam
Per hanc redúcti grátiam.
Te rerum vniuérſitas,
Clemens adóret Trínitas,

Et nos noui per véniam
Nouum canámus cánticum. Amen.

A Dominica Paſsionis, vſque ad Feriam v. in Cœna Domini & in vtraque feſtiuitate S. Crucis, ad Veſperas. Hymnus.



VExílla Regis pródeunt,



Fulget Crucis myſtérium,



Quo carne carnis Cónditor



Suſpénſus eſt patíbulo.

Quo vulnerátus ínſuper
Mucróne diro lánceæ,
Vt nos lauáret crímine,
Manáuit vnda & ſánguine.


Impléta ſunt quæ cóncinit,
Dauid fidélis cármine,

Dicens, In natiónibus
Regnáuit à ligno Deus.
Arbor decóra & fúlgida,
Ornáta regis púrpura,
Eléćta digno ſtípite
Tam ſanćta membra tángere.
Beáta, cuius bráchiis
Sæcli pepéndit prétium,
Statéra fańta córporis,
Prædámque tulit tártari.
O Crux aue ſpes vnica,
Hoc paſsiónis témpore,
Auge piis iuſtítiam,
Reíſque dona véniam.
Te ſumma Deus Trínitas,
Colláudet omnis ſpíritus:
Quos per Crucis myſtérium
Saluas, rege per ſæcula. Amen.

In Inuentione ſanćtæ Crucis loco ℣. Hoc paſsiónis témpore, dicitur, In hoc Paſchá-li gáudio. In Exaltatione vero dicitur, In hac triúmphi glória.

Ad

Ad Vigilias. Hymnus.



PAnge lingua glorióſi



Prælium certáminis,



Et ſuper Crucis trophæum



Dic triúmphum nóbilem,



Quáliter Redémptor Orbis



Immolátus vícerit.

De paréntis protopláſti
Fraude Factor cóndolens,
Quando pomi noxiális
Morſu in mortem córruit,
Ipſe lignum tunc notáuit

Damna ligni vt sòlueret.
Hoc opus nostræ salútis
Ordo depopóscerat,
Multifórmis proditóris
Ars vt artem fálleret,
Et medélam ferret inde,
Hostis vnde lǽserat.
Quando venit ergo sacri
Plenitúdo témporis,
Missus est ab arce Patris
Natus, Orbis Cónditor;
Atque ventre virgináli
Caro factus pródiit.
Vagit infans inter arcta
Cónditus præsépia:
Membra pannis inuolúta
Virgo mater álligat;
Et manus, pedésque, & crura,
Stricta cingit fáscia.
Glória & honor Deo
Vsquequáque altíssimo,
Vna Patri, Filióque,

Inclyto Paráclyto:
Cui laus eſt & potéſtas
Per ætérna ſǽcula. Amen.

Ad Laudes. Hymnus.



LVſtris ſex qui iam perá&tis,



Tempus implens córporis,



Se volente natus ad hoc,



Paſsióni déditus,



Agnus in Cruce leuátur,



Immolándus ſtípite.

Hic acétum, fel, arúndo,
Sputa, claui láncea;

Mite corpus perforátur,
Sanguis, vnda prófluit,
Terra, pontus, aſtra, mundus
Quo lauántur flúmine.
C·rux fidélis inter omnes,
Arbor vna nóbilis:
Nulla ſylua talem profert
Fronde, flore, gérmine:
Dulce lignum, dulces clauos,
Dulce pondus ſúſtinet.
F lecte ramos arbor alta,
Tenſa laxa víſcera,
Et rigor lentéſcat ille,
Quem dedit natíuitas:
Vt ſupérni membra Regis
Miti tendas ſtípite.
S ola digna tu fuíſti
Ferre ſæcli prétium,
Atque portum præparáre
Nauta mundo náufrago;
Quem ſacer cruor perúnxit,
Fuſus Agni córpore.

Glória & honor Deo,
Vſquequáque altíſsimo,
Vna Patri, Filióque,
Inclyto Paráclito;
Cui laus eſt, & potéſtas,
Per ætérna ſǽcula. Amen.

Dominica Reſurrectionis, & cæteris diebus vſque ad Aſcenſionem Domini.

Ad Veſperas. Hymnus.




AD cœnam Agni próuidi,



Et ſtolis albis cándidi,



Poſt tránſitum maris rubri,



Chriſto canámus príncipi.
Cuius corpus ſanctíſsimum,
In ara Crucis tórridum,

Cruóre eius róſeo,
Guſtándo víuimus Deo.
Protécti Paſchæ véſpere
A deuaſtánte Angelo,
Erépti de duríſsimo
Pharaónis império.
Iam Paſcha noſtrum Chriſtus eſt,
Qui immolátus Agnus eſt;
Sinceritátis ázyma,
Caro eius obláta eſt.
O verè digna hóſtia,
Per quam fracta ſunt tártara,
Redémpta plebs captiuáta,
Réddita vitæ prǽmia.
Conſúrgit Chriſtus túmulo,
Victor redit de bárathro,
Tyránnum trudens vínculo
Et réſerans paradíſum.
Quǽſumus auctor ómnium,
In hoc Paſcháli gáudio,
Ab omni mortis ímpetu
Tuum defénde pópulum.

Glória tibi Dómine,
Qui ſurrexíſti à mórtuis,
Cum Patre & ſancto Spíritu,
In ſempitérna ſæcula. Amen.

Sic terminantur omnes Hymni eiuſdem metri vſque ad Aſcenſionem, præterquam in Officio Beatæ Mariæ, & in Hymno ſanctæ Crucis ad Veſperas.


Ad Vigilias. Hymnus.




Quo Chriſtus inuíctus leo
Dracóne ſurgens óbruto?

Dum voce viua pérſonat,
A morte functos éxcitat.
Quam deuorárat ímprobus
Prædam refúdit tártarus:
Captiuitáte líbera
Ieſum ſequúntur ágmina.
Triúmphat ille ſpléndidè,
Et dignus amplitúdine:
Soli, políque pátriam
Vnam facit Rempúblicam.
Ipſum canéndo ſúpplices
Regem precémur mílites:
Vt in ſuo claríſsimo
Nos órdinet palátio.
Per ſæcla metæ néſcia,
Patri ſuprémo glória:
Honórque ſit cum Fílio,
Et Spíritu paráclito. Amen.

Ad Laudes. Hymnus.



AVróra lucis rútilat,



Cantus præcedens ſeruabitur in Hymnis Ad cœnam, & Chorus nouæ Ierúſalem, priuatis diebus ab Octaua Paſchæ vſque ad Aſcenſionem.

Cùm Rex ille fortíſsimus
Mortis confráctis víribus,
Pede concúlcans tártara,
Soluit à pœna míſeros.
Ille qui clauſus lápide
Cuſtodítur ſub mílite,
Triúmphans pompa nóbili
Victor ſurgit de fúnere.
Solútis iam gemítibus,
Et inférni dolóribus,
Quia ſurréxit Dóminus.
Reſpléndens clamat Angelus.
Quǽſumus auctor ómnium,

In hoc Paſcháli gáudio,
Ab omni mortis ímpetu
Tuum defénde pópulum.
Glória tibi Dómine,
Qui ſurrexíſti à mórtuis,
Cum Patre & ſancto Spíritu,
In ſempitérna ſæcula. Amen.

In Aſcenſione Domini & per octauas.
Ad Veſperas. Hymnus.




IEſu noſtra Redémpti o,



Amor & deſidérium,



Deus Creátor ómnium



Homo in fine témporum.
Quæ te vicit cleméntia,
Vt ferres noſtra crímina,

Crudélem mortem pátiens,
Vt nos à morte tólleres.
Inférni clauſtra pénetrans,
Tuos captíuos rédimens,
Victor triúmpho nóbili,
Ad dextram Patris réſidens.
Ipſa te cogat píetas,
Vt mala noſtra ſúperes,
Parcéndo, & voti cómpotes
Nos tuo vultu ſáties.
Tu eſto noſtrum gáudium,
Qui es futúrus præmium:
Sit noſtra in te glória,
Per cuncta ſemper ſæcula. Amen.

Ad Vigilias. Hymnus.



A Etérne Rex al tíſsime,



Redémptor & fidé lium,



Quo mors solúta déperit,



Datur triúmphus grátiæ.

Scandens tribúnal dézteræ
Patris, potéstas ómnium
Colláta Iesu cælitùs,
Quæ non erat humánitus.

Vt trina rerum máchina,
Cæléstium, terréstrium,
Et infernórum cóndita,
Flectat genu iam súbdita.

Tremunt vidéntes Angeli
Versa vice mortálium:
Culpat caro, purgat caro,
Regnat Deus, Dei caro.

Tu esto nostrum gáudium,
Manens Olýmpo præmium:

Mundi regis qui fábricam,
Mundána vincens gáudia.
Hinc te precántes quǽſumus,
Ignóſce culpis ómnibus,
Et corda ſurſum ſúbleua
Ad te ſupérna grátia.
Vt cùm repéntè cœ́peris
Clarére nube iúdicis,
Pœnas repéllas débitas,
Reddas corónas pérditas.
Glória tibi Dómine,
Qui ſcandis ſuper sídera,
Cum Patre & ſancto Spíritu,
In ſempitérna ſǽcula. Amen.


Sic terminantur Hymni eiuſdem metri, vſque ad Pentec. excepto Hymno. Ieſu noſtra redémptio. Ad Laudes. Hymnus.



O Grande cunctis gáudium,



Quòd partus noſtræ vírginis



Poſt ſputa, flagra, poſt crucem,



Patérnæ ſedi iúngitur.

Agámus ergo grátias
Noſtræ ſalútis víndici,
Noſtrum quod corpus véxerit,
Sublímem ad cæli régiam.


Sit nobis cum cæléſtibus
Commúne manens gáudium:
Illis quòd ſe præſentáuit,
Nobis quòd ſe non ábſtulit.

Nunc prouocátis áctibus
Chriſtum expectáre nos decet:
Vitáque tali víuere,
Quæ poſsit cælos ſcándere.

Glória tibi Dómine,
Qui ſcándis ſuper sídera,
Cum Patre & ſancto Spíritu,
In ſempitérna ſǽcula. Amen.

In festo Pentecostes & per octauas.

Ad Vesperas. Hymnus.



Ignis vibránte lúmine
Linguæ figúram détulit,
Verbis vt essent próflui,
Et charitáte féruidi.

Linguis loquúntur ómnium,
Turbæ pauent Gentílium,
Musto madére députant,
Quos spíritus repléuerat.

Patráta sunt hæc mýsticè,

Paſchæ perácto témpore,
Sacro diérum número,
Quo lege fit remíſsio.
Te nunc Deus piíſsime
Vultu precámur cérnuo,
Illápſa nobis cælitus
Largíre dona Spíritus.
Dudum ſacráta péctora
Tua repléſti grátia:
Dimítte noſtra crímina,
Et da quiéta témpora.
Glória Patri Dómino,
Natóque, qui à mórtuis,
Surréxit, ac Paráclito,
In ſæculórum ſæcula. Amen.

Ad Vigilias. Hymnus.



IAm Chriſtus Aſtra aſcénderat,



Reuérſus vnde vénerat,



Promíſſum Patris múnere



Sanctum datúrus Spí ritum.

Solémnis vrgébat dies,
Quo mýſtico ſeptémplici
Orbis volútus ſépties,
Signat beáta témpora.

Dum hora cunctis tértia
Repénte mundus íntonat,
Orántibus Apóſtolis
Deum veníſſe núntiat.


De Patris ergo lúmine
Decórus ignis almus eſt,
Qui fida Chriſti péctora
Calóre verbi cómpleat.

Glória Patri Dómino,
Natóque qui à mórtuis,
Surréxit ac Paráclito,
In ſæculórum ſǽcula. Amen.

Ad Laudes. Hymnus. In tono præcedenti.

IMpléta gáudent víſcera,
Affláta ſancto Spíritu,
Voces diuérſas íntonant,
Fantur Dei magnália.
Ex omni gente cógniti,
Græcis, Latínis, Bárbaris,
Cunctíſque admirántibus,
Linguis loquúntur ómnium.
Iudǽa tunc incrédula,
Veſána toruo ſpíritu,
Ructáre muſti crápulam
Alúmnos Chriſti cóncrepat.
Sed ſignis & virtútibus,
Occúrrit, & docet Petrus,
Falſa profári pérfidos,
Iohéle teſte cómprobans.
Glória Patri Dómino,
Natóque, qui à mórtuis,
Surréxit, ac Paráclito,
In ſæculórum ſǽcula. Amen.


Ad Tertiam. Hymnus.



VEni Creátor Spíritus,



Mentes tuórum víſita,



Imple ſupérna grátia,



Quæ tu creáſti péctora.

Qui Paráclitus díceris,
Donum Dei altíſsimi,
Fons viuus, Ignis, Cáritas,
Et ſpiritális vnctio.

Tu ſeptifórmis múnere,
Dextræ Dei tu Dígitus,
Tu ritè promíſſum Patris;
Sermóne ditans gúttura.


Accénde lumen ſénſibus:
Infúnde amórem córdibus,

Infírma noſtri córporis
Virtúte firmans pérpeti.
H oſtem repéllas lóngiùs,
Pacémque dones prótinus;
Ductóre ſic te præuio
Vitémus omne nóxium.
P er te ſciámus da Patrem,
Noſcámus atque Fílium;
Te vtriúſque Spíritum
Credámus omni témpore.
G lória Patri Dómino,
Natóque, qui à mórtuis,
Surréxit, ac Paráclito,
In ſæculórum ſǽcula. Amen.

Sic terminantur Hymni vſque ad Veſperas Sabbati ſequentis.

In feſto SS. Trinitatis.

Ad Veſperas. Hymnus.



O Lux beáta Trínitas,




Te manè laudum cármine,
Te deprecémur véſpere,
Te noſtra ſupplex glória,
Per cuncta laudet ſǽcula.
Deo Patri ſit glória,
Eiúſque ſoli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc & in perpétuum. Amen.

Ad Vigilias. Hymnus. *In tono præcedenti.*

SVmmæ Deus clementiæ,
Mundíque Factor máchinæ,
Vnus potentiáliter,
Trinúſque perſonáliter.
Da déxteram ſurgéntibus,

Exúrgat vt mens sóbria,
Flagrans & in laudem Dei,
Grates repéndat débitas.
Glória Patri Dómino,
Glória vnigénito,
Vnà cum sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.


Ad Laudes. Hymnus.



TV Trinitátis Vnitas,



Orbem poténter qui regis,



Atténde laudum cánti ca,




Quæ excubántes psállimus.

Ortus refúlget lúcifer;
Sparsámque lucem núntiat:
Cadit calígo nóctium,
Lux sancta nos illúminet.

Deo Patri ſit glória,
Eiúſque ſoli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc, & in perpétuum. Amen.

In feſto Corporis Chriſti.

Ad Veſperas. Hymnus.



Nobis datus, nobis natus,
Ex intácta Vírgine:
Et in mundo conuersátus,
Sparso verbi sémine:
Sui moras incolátus,
Miro clausit órdine.
In suprémæ nocte cœnæ
Recúmbens cum frátribus:
Obseruáta lege plenè
Cibis in legálibus:
Cibum turbæ duodénæ
Se dat suis mánibus.
Verbum caro panem verum
Verbo carnem éfficit:
Fítque sanguis Christi merum,
Et si sensus déficit:
Ad firmándum cor sincérum,
Sola fides súfficit.
Tantum ergo sacraméntum
Venerémur cérnui:
Et antíquum documéntum
Nouo cedat rítui:

Præſtet fides ſuppleméntum
Sénſuum deféctui.
Genitóri, genitóque
Laus, & iubilátio:
Salus, honor, virtus quoque
Sit, & benedíctio:
Procedénti ab vtróque
Compar ſit laudátio. Amen.

Ad Vigilias. Hymnus.



SAcris ſo lémniis iuncta ſint gáudia:



Et ex præcórdiis ſonent præcónia:



Recédant vé te ra, noua ſint ómnia,




Corda, voces, & ópera.
Noctis recólitur cœna nouíſsima,
Qua Chriſtus créditur agnum, & ázyma

Dedíſſe frátribus, iuxta legítima
Priſcis indúlta Pátribus.
Poſt agnum týpicum explétis épulis,
Corpus domínicum datum diſcípulis:
Sic totum ómnibus, quod totum síngulis,
Eius fatémur mánibus.
Dedit fragílibus córporis férculum,
Dedit, & tríſtibus ſánguinis póculum,
Dicens, Accípite, quod trado váſculum,
Omnes ex eo bíbite.
Sic ſacrifícium iſtud inſtítuit:
Cuius offícium commítti vóluit,
Solis Presbýteris, quibus ſic cóngruit
Vt ſumant, & dent cæteris.
Panis angélicus, fit Panis hóminum,
Dat panis cælicus figúris términum:
O res mirábilis! mandúcat Dóminum:
Pauper, ſeruus, & húmilis.
Te trina déitas, vnáque póſcimus,
Sic nos tu víſita, ſicut te cólimus
Per tuas ſémitas duc nos quò téndimus
Ad lucem quam inhábitas. Amen.

Ad Laudes. Hymnus.



V Erbum supérnum pródiens,



Nec patris linquens déxteram,



Ad opus suum éxiens,



Venit ad vitæ vésperam.

In mortem à discípulo
Suis tradéndus æmulis
Priùs in vitæ férculo,
Se trádidit discípulis.

Quibus sub bina spécie
Carnem dedit, & sánguinem
Vt dúplicis substántiæ
Totum cibáret hóminem.

Se nascens dedit sócium,
Conuéscens in edúlium:
Se móriens in prétium,

Se regnans dat in prǽmium.

O ſalutáris hóſtia!
Quæ cæli pandis óſtium:
Bella premunt hoſtília,
Da robur, fer auxílium.

V ni, trinóque Dómino,
Sit ſempitérna glória:
Qui vitam ſine término,
Nobis donet in pátria. Amen.


In omnibus feſtis B. Virginis Mariæ (excepta Aſſumptione) & in eius Officio in Sabbato. Ad Veſperas. Hymnus.




AVe maris ſtella,



Dei mater alma:



Atque ſemper virgo,




Felix cæli porta.

Sumens illud Aue,
Gabriélis ore:
Funda nos in pace,
Mutans Euæ nomen.
Solue vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala noſtra pelle,
Bona cuncta poſce.
Monſtra te eſſe matrem
Sumat per te preces:
Qui pro nobis natus
Tulit eſſe tuus.
Virgo ſinguláris,
Inter omnes mitis:
Nos culpis ſolútos
Mites fac, & caſtos.
Vitam præſta puram,
Iter para tutum:
Vt vidéntes Ieſum
Semper collætémur.
Sit laus Deo Patri,
Summo Chriſto decus:

Spirítui ſancto,
Tribus honor vnus. Amen.

Ad Vigilias. Hymnus.



QVem terra, pontus æthera,



Colunt, adórant, prædicant:



Trinam regéntem máchinam,



Clauſtrum Maríæ báiulat.

Cui luna, ſol, & ómnia
Deſéruiunt per témpora:
Perfúſa cæli grátia,
Geſtant puéllæ víſcera.

Beáta mater múnere,
Cuius ſupérnus ártifex
Mundum pugíllo cóntinens,
Ventris ſub arca clauſus eſt.


Beáta cœli núntio,
Fœcúnda ſanĉto Spíritu:
Deſiderátus géntibus,
Cuius per aluum fuſus eſt.
Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine:
Cum Patre & ſanĉto Spíritu,
In ſempitérna ſǽcula. Amen.

Ad Laudes. Hymni. In tono præcedenti.

O Glorióſa Dómina,
Excélſa ſuper sídera:
Qui te creáuit próuidè,
Laĉtáſti ſacro vbere.
Quod Eua triſtis ábſtulit,
Tu reddis almo gérmine:
Intrent vt aſtra flébiles,
Cæli fenéſtra facta es.
Tu Regis alti iánua,
Et porta lucis fúlgida:
Vitam datam per Vírginem,
Gentes redémptæ pláudite.
Glória tibi Dómine, Qui natus es, &c.

In festo SS. Innocentium.

Ad Vigilias. Hymnus.



AVdit Tyránnus ánxius,



Adéſſe regum Príncipem,



Qui nomen Iſra ël regat,



Teneátque Dauid Régiam.

Exclamat amens núntio:
Succéſſor inſtat, péllimur,
Satélles i, ferrum rape,
Perfúnde cunas ſánguine.
Quid próficit tantùm nefas;
Quid crimen Heródem iuuat?
Vnus tot inter fúnera
Impúnè Chriſtus tóllitur.
Glória tibi Dómine,

Qui natus es de Vírgine:
Cum Patre & ſancto Spíritu,
In ſempitérna ſǽcula. Amen.

Ad Laudes, & Veſperas. Hymnus. In tono præcedenti.

SAluéte flores Mártyrum,
Quos lucis ipſo in límine
Chriſti inſecútor ſúſtulit,
Ceu turbo naſcéntes roſas.
Vos prima Chriſti víctima,
Grex immolatórum tener,
Aram ante ipſam símplices
Palma, & corónis lúditis.
Glória tibi Dómine, Qui natus es, &c.

In feſto SS. Nominis Ieſu. Ad Veſperas. Hymnus.




IEſu dulcis memória,



Dans vera cordi gáudia:



Sed ſuper mel & ómnia,



Eius dulcis præſénti a.

Nil cánitur ſuáuius,
Nil audítur iucúndius,
Nil cogitátur dúlcius,
Quàm Ieſus Dei Fílius.

Ieſu ſpes pœniténtibus,
Quàm pius es peténtibus!
Quàm bonus te quæréntibus,
Sed quid inueniéntibus?

Nec lingua valet dícere,
Nec líttera exprímere:
Expértus poteſt crédere,
Quid ſit Ieſum dilígere.

Sis Ieſu noſtrum gáudium.
Qui es futúrus præmium:
Sit noſtra in te glória,
Per cuncta ſemper ſæcula. Amen.

Ad Vigilias. Hymnus.

In tono præcedenti.

IEſu rex admirábilis,
Et triumphátor nóbilis,
Dulcédo ineffabilis,
Totus deſiderábilis.

Quando cor noſtrum víſitas
Tunc lucet ei véritas,
Mundi viléſcit vánitas,
Et feruet intus cáritas.

Ieſu dulcédo córdium,
Fons viuus lumen méntium,
Excédens omne gáudium,
Et omne deſidérium.

Ieſum omnes agnóſcite,
Amórem eius póſcite,
Ieſum, ardénter quærite,
Quæréndo inardéſcite.

Te noſtra Ieſu vox ſonet,
Noſtri te mores éxprimant,
Te corda noſtra díligant,
Et nunc, & in perpétuum. Amen.

Ad Laudes. Hymnus.



Qui te guſtant, eſúriunt,
Qui bibunt, adhuc ſítiunt,
Deſideráre néſciunt,
Niſi Ieſum, quem díligunt.

O Ieſu mi dulcíſsime,
Spes ſuſpirántis ánimæ!
Te quærunt piæ lácrymæ,
Te clamor mentis íntimæ.

Mane nobíſcum Dómine,
Et nos illúſtra lúmine,

Pulſa mentis calígine,
Mundum reple dulcédine.
Ieſu, flos Matris Vírginis,
Amor noſtræ dulcédinis,
Tibi laus, honor nóminis,
Regnum beatitúdinis. Amen.


In vtraque Cathedra ſancti Petri. Ad Veſperas, & ad Vigilias. Hymnus.





Ad Laudes. Hymnus.





Qua cunctis cælum verbo claudis, áperis.
Sit Trinitáti ſempitérna glória,
Honor potéſtas, atque iubilátio,
In vnitáte, cui manet impérium
Ex tūc, & modò, per ætérna ſǽcula. Amen.

In Conuerſione & commemor. S. Pauli.
Ad Veſperas, & Matutinum. Hymnus.



DOctor egrégie Paule, mores ínſtrue,



Et mente polum nos transférre ſátage;



Donec perféctum largiátur pleniùs,




Euacuáto quod ex parte gérimus.
Sit Trinitáti ſempitérna glória, &c.

Ad Laudes, Hymnus. Exúltet cælum láudibus. in Communi Apoſtolorum.

In feſto S. Ioſeph ſponſi B. Virginis Mariæ.

Ad Veſperas. Hymnus.



Cónditor mundi pius, & redémptor,
Cóniugem Matri ſtátuit pudícum:
Eius vt cuſtos foret, atque teſtis,
Virginitátis.

Tempus vt plenum fúerat ſalútis;
In virum Ioſeph datus eſt Maríæ,
Ex tribu Iuda véniens ab alto
Sánguine Regum.

Ergo iam ſacro properánte partu,

Tóties

Tóties quondam Pátribus vocátum
Primus Authórem méruit ſalútis
Cérnere felix.

Quemque paſtóres vígiles adórant.
Obſitum pannis ſtábulo repónit:
Læta dum terris cecinére pacem
Agmina cæli.

Vidit & ſidus rádians ab ortu,
Cuius ad nutum petiére cunas
Príncipis nati, nóuiter feréntes
Múnera Reges.

Laus Patri ſummo, Genitóque ſemper,
Flámini ſacro, ſimul & potéſtas:
Qui Deus ſimplex ditióne ſolus
Cuncta gubérnat. Amen.

Ad Vigilias. Hymnus. In tono præcedenti.

O Nimis felix Pater, & nutrítor
Regis ætérni méritus vocári:
Nam tibi geſtans vtero tonántem,
Iúngitur vxor.

Tu minas ſæui fúgiens Heródis,
Quæris Ægýptum mónitu ſupérno:

Prorſus infántem réuocas ab atra
Cæde Tyránni.

Inter ignótos hábitas colónos,
Perque ſepténos cooperátus annos,
Matris, ac Nati petis ipſe victum,
Arte fabríli.

Triſtis amíſſum Púerum requíris
Intra mirántes prócerum catéruas:
Cómperis tandem, pátrios redúcis
Rurſus in agros.


Aſtra qui cælos regit, atque terras,
Cuius ad iuſſum ſúperi veréntur,
Inferi cuius tremúere numen,
Se tibi ſubdit.

Laus patri ſummo. vt ſuprà.

Ad Laudes. Hymnus.



NOctis è cælo ténebris depúlſis,



Décidant mentis feritátis vmbræ:



Huius vt partos réferat triúmphos



Laude perénni.

Iamque longæuus agitátus annis,
Vínculo mortis véteri ſolútus:
Victor, & virgo ſpoliátur æuo,
Corpus onúſtum.


Mortis vt victor ſuperáuit orcum,
Scandit hic vitam ſimul ad beátam:
Summa pro magnis méritis adéptus
Præmia palmæ.

Ergo regnántem flagitémus ipſum,
Cum ſua ſponſa, véniam precétur,
Súpplices vt nos capiámus alta
Præmia cæli.

Laus Patri ſummo, Genitóque ſemper
Flámini ſacro, ſimul & potéſtas:
Qui Deus ſimplex ditióne ſolus,
Cuncta gubérnat. Amen.

In feſto S. Ioachim Patris B. Virg. Mariæ.

Ad Veſperas & Vigilias. Hymnus.




AD tuas laudes, Ióachim, propínquat



Hic chorus noſter, celebrátque feſtum,



Corde deuóto; mémorans, quod ex te



Grátia prodit.

V æ tibi dictum, ſtérili tuǽque
Cóniugi quondam péperit dolórem,
Gaude, cum tandem dédecus ſacráta
Abſtulit infans.

V írginum virgo, facit, orta, toti
Gáudium mundo; parit illa quippe
Qui necem vincat, tríbuens beátæ
Múnera vitæ.

L onga te regum ſéries, ducúmque

Anteit

Anteit, priſcos numerándo patres,
Hi redemptórem procul intuéntes,
Tu pater edis.


O tui felix aue conditóris
Inter antíquos mage chare patres,
Tu potens, noſtras húmiles precámur,
Súſcipe voces.

Glória Patri, genitæque Proli,
Et tibi compar vtriúſque ſemper
Spíritus alme, Deus vnus omni,
Tempore ſæcli. Amen.


Ad Laudes. Hymnus.



IEſu patérna cláritas,



Et certa ſpes fidélium,



Auo tuo perſóluimus



Laudes pias cum cánticis.

Hunc inter omnes éligis
Quorum probáta sánctitas
Dauídis vt de sémine
Matrem tuam prodúceret.
De ſtirpe natus Iſai
Proles fidélis Abrahæ
Virtúte rara ſpléndidus,
Reges ducéſque prǽterit.
Annæ maritus óptimus,
Dei probátur núncio:
Quod prole nulla gáudeat,
Væ tædióſum ſúſtinet.
Probrum nouátur gáudio,
Quando María náſcitur:
Quandóve creſcens próficit,
Deóve trina síſtitur.
Reple rogántes gáudio,
Qui gáudium mundo creas,
Fac, Ioáchim, cæléſtibus
Tecum fruámur gáudiis.
Qui ex María náſceris
Ieſu tibi ſit glória:


Cum Patre, & ſancto Spíritu
In ſempitérna ſæcula. Amen.

In vtroque feſto ſancti Benedicti.

Ad Veſperas. Hymnus.



LAúdibus ciues réſonent canóris;



Templa ſolémnes moduléntur hymnos,



Hac die ſummi Benedíctus arcem



Scandit Olýmpi.

In Translatione dicitur



Aúrea ſummi Benedíctus arce



Gaudet Olýmpi.

Ille florentes peragébat annos,
Cum puer dulcis pátriæ penátes

Liquit, & ſolus látuit ſilénti
Cónditus antro.

Inter vrtícas, rigidóſque ſentes,
Vicit altrícem ſcélerum iuuéntam:
Inde conſcrípſit documénta vitæ
Pulchra beátæ

Æream turpis Clárij figúram,
Et nemus ſtrauit Véneri dicátum:
Atque Baptíſtæ póſuit ſacráto
Monte ſacéllum.

Iamque felíci réſidens Olýmpo,
Inter ardéntes Chérubin catéruas:
Spectat, & dulci réficit cliéntum
Corda liquóre.

Glória Patri, genitǽque Proli,
Et tibi compar vtriúſque ſemper:
Spíritus alme, Deus vnus, omni
Témpore ſæcli. Amen.

Ad Vigilias. Hymnus. In tono præcedenti.

QVidquid antíqui cecinére Vates,
Quidquid ætérnæ moniménta legis,
Cóntinet nobis celebránda ſummi

Vita Monárchæ.

Extulit Moſen píetas benígnum,
Inclytum proles Abraham decórat,
Iſaac ſponſæ decus, & ſeuéri
Iuſſa paréntis.

Ipſe virtútum cúmulis onúſtus
Célſior noſtri Patriárcha cœtus
Iſaac, Moſen, Abraham ſub vno
Péctore clauſit.

Ipſe, quos mundi rápuit procéllis:
Hic, pius flatu ſtátuat ſecúndo,
Pax vbi nullo requiéſque gliſcit
Miſta pauóre.

Glória Patri, genitǽque Proli,
Et tibi compar vtriúſque ſemper:
Spíritus alme, Deus vnus, omni
Témpore ſæcli. Amen.

Ad Laudes. Hymnus.



INter ætérnas ſúperum corónas,



Quas ſacro partas rétinent agóne,



Emícas celſis méritis corúſcus



O Benedícte.

S ancta te compſit púerum ſenéctus,
Nil ſibi de te rápuit volúptas,
Aruit mundi tibi flos ad alta,
Mente leuáto.

H inc fuga lapſus, pátriam, paréntes,
Déſeris, feruens erémi colónus
Edomas carnem, ſubigíſque Chriſto,
Tortor acérbus.

N e diu totus látebras fouéres,
Signa te produnt óperum piórum:
Spárgitur felix céleri per orbem,
Fama volátu.


G lória Patri, genitæque Proli,
Et tibi compar vtriúſque ſemper:

Spíritus

Spíritus alme, Deus vnus, omni
Témpore ſæcli. Amen.

In Inuentione ſanctæ Crucis.

Ad Veſperas. Hymnus.




Quo vulnerátus ínſuper,
Mucróne diro lánceæ, &c. Et in fine Hymni. ℣. Te ſumma Deus Trínitas, &c. 423.

Ad Vigilias. Pange lingua glorióſi
Prælium certáminis. 424.

Ad Laudes. Luſtris ſex qui iam peráctis. vt ſuprà. 425.

In Apparitione & Dedicat. S. Michaëlis.

Ad Vesperas, & ad Matutinum. Hymn.



Collaudámus venerántes
Omnes Cæli mílites;
Sed præcípuè primátem
Cæléstis exércitus

Michaélem in virtúte
Conteréntem Zábulum.
Quo cuſtóde procul pelle
Rex Chriſte piíſsime,
Omne nefas inimíci,
Mundo corde & córpore,
Paradíſo redde tuo
Nos ſola cleméntia.
Glóriam Patri melódis
Perſonémus vócibus:
Glóriam Chriſto canámus,
Glóriam paráclito,
Qui trinus & vnus Deus
Extat ante ſǽcula. Amen.

Ad Laudes. Hymnus.



C Hriſte ſanctórũ decus Angelórum.



Rector humáni géneris & Auctor:



Nobis ætérnum tríbue benígnus



Scándere cælum.

Angelum pacis Míchaël ad iſtam
Cælitus mitti rogitámus aulam,
Nobis vt crebrò veniénte creſcant
Próſpera cuncta.

Angelus fortis Gábriel, vt hoſtem
Pellat antíquum, vólitet ab alto,
Sæpiùs templum véniens ad iſtud
Víſere noſtrum.

Angelum nobis médicum ſalútis
Mitte de cælis Ráphaël, vt omnes
Sanet ægrótos, paritérque noſtros
Dírigat actus.

Hinc Dei noſtri génitrix María,
Totus & nobis chorus Angelórum
Semper aſsíſtat, ſimul & beáta
Cóncio tota.

Præſtet hoc nobis Déitas beáta
Patris ac Nati, paritérque ſancti
Spíritus, cuius réboat in omni
Glória mundo. Amen.

In Natiuitate ſancti Ioannis Baptiſtæ.

Ad Veſperas. Hymnus.



V T queant laxis reſonáre fibris



Mira geſtórum fámuli tuórum,



Solue pollúti lábij reátum,



Sancte Ioánnes.

Núntius celſo véniens olýmpo,
Te patri magnum fore naſcitúrum;
Nomen, & vitæ ſériem geréndæ
Ordine promit.

Ille promíſſi dúbius ſupérni,

Pérdidit promptæ módulos loquélæ:
Sed reformásti génitus perémptæ
Organa vocis.
V entris obstrúso récubans cubíli
Sénseras Regem thálamo manéntem:
Hinc parens Nati méritis vtérque
Abdita pandit.
G lória Patri, genitǽque Proli,
Et tibi compar vtriúsque semper:
Spíritus alme, Deus vnus, omni
Témpore sæcli. Amen.

Ad Vigilias. Hymnus. In tono præcedenti.


ANtra desérti téneris sub annis,
Cíuium turmas fúgiens, petísti:
Ne leui saltem maculáre vitam
Fámine posses.
P ræbuit hirtum tégumen camélus,
Artubus sacris, stróphium bidéntes,
Cui latex haustum, sociáta pastum
Mella locústis.
Cæteri tantum cecinére Vatum
Corde præságo iubar affutúrum:

Tu quidem mundi ſcelus auferéntem
Indice prodis.

Non fuit vaſti ſpátium per orbis
Sánctior quiſquam génitus Ioánne,
Qui nefas ſæcli méruit lauántem
Tíngere lymphis.

Glória Patri, genitæque Proli,
Et tibi compar vtriúſque ſemper:
Spíritus alme, Deus vnus, omni
Témpore ſæcli. Amen.

Ad Laudes. Hymnus.



Serta ter denis álios corónant
Aucta creméntis, duplicáta quoſdam:
Trina centéno cumuláta fructu
Te ſacer ornant.

Nunc potens noſtri méritis ópimis
Péctoris duros lápides repélle
Aſperum planans iter, & refléxos
Dírige calles.

Vt pius mundi Sator & Redémptor,
Méntibus culpæ ſine labe puris
Ritè dignétur véniens ſacrátos
Pónere greſſus.

Láudibus ciues célebrant ſupérni,
Te Deus ſimplex paritérque Trine,
Súpplices & nos véniam precámur,
Parce redémptis. Amen.

In feſto SS. Apoſtolorum Petri & Pauli.

Ad Veſperas. Hymnus.



A Vre a luce, & decóre róſeo



Lux lucis omne perfudíſti ſæculum,




Decórans cælos ínclyto martýrio,



Hac ſacra die, quæ dat reis véniam.
Iánitor Cæli, Doctor orbis páriter,
Iúdices ſæcli, vera mundi Lúmina:
Per crucem alter, alter enſe triúmphans,
Vitæ ſenátum laureáti póſſident.
O felix Roma, quæ tantórum príncipum
Es purpuráta pretióſo ſánguine,
Non laude tua, ſed ipſórum méritis
Excéllis omnem mundi pulchritúdinem.
Sit Trinitáti ſempitérna glória,
Honor, potéſtas, atque iubilátio,
In vnitáte, cui manet impérium
Ex tunc, & modò per ætérna ſæcula. Amen.

Ad Vigilias. Ætérna Chriſti múnera. de Communi Apoſtolorum.

Ad Laudes. Hymnus.



Sit Trinitáti ſempitérna glória,
Honor, potéſtas, atque iubilátio,
In vnitáte, cui manet impérium
Ex tunc, & modò per ætérna ſæcula.
Amen.

In feſto ſanctæ Mariæ Magdalenæ.

Ad Veſperas. Hymnus.



P Ater ſupérni lúminis,



Cùm Magdalénam réſpicis,



Flammas amóris éxcitas,



Gelúque ſoluis péctoris.

Amóre currit ſáucia
Pedes beátos vngere,
Lauáre fletu, térgere
Comis, & ore lámbere.


Adſtáre non timet Cruci,
Sepúlchro inhæret ánxia,
Truces nec horret mílites:
Pellit timórem Cáritas.
O vera, Chriſte, Cáritas,
Tu noſtra purga crímina,
Tu corda reple grátia,
Tu redde Cæli præmia.
Deo Patri ſit glória,
Eiúſque ſoli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc, & in perpétuum. Amen.

Ad Vigilias. Hymnus.

In tono præcedenti.

NArdo María píſtico
Vnxit beátos Dómini
Pedes, rigándo lácrymis,
Et detergéndo crínibus.
Honor, decus, impérium,
Sit Trinitáti vnicæ,
Patri, Nato, Paráclito,
Per infiníta ſǽcula. Amen.

Ad Laudes. Hymnus.



AEtérni Patris Vnice,



Nos pio vultu réſpice,



Qui Magdalénam hódie



Vocas ad thronum glóriæ.

In theſáuro repóſita
Regis eſt drachma pérdita;
Gemmáque luce ínclyta
De luto luci réddita.


Ieſu dulce refúgium,
Spes vna pœniténtium,
Per peccatrícis méritum,
Peccáti ſolue débitum.

Pia mater & húmilis,
Natúræ memor frágilis,


In huius vitæ flúctibus
Nos rege tuis précibus.
Vni Deo ſit glória,
Pro multifórmi grátia,
Qui culpas & ſupplícia
Remittit, & dat præmia. Amen.

In feſto S. Annæ matris B. Mariæ Virginis.

Ad Veſperas. Hymnus.



O Rbis exúltans célebret hoc feſtum,



Próſequens Annam matrẽ Matris Chriſti:



Quam ſacris credit áctibus adéptam



Gáudi a vitæ.

Abrahæ proles, Sacerdótum ſemen,
Fília Regum, ſpécimen Hebræum,
Stirpem Sanctórum méritis, & vita
Nobilitáuit.

Stérili ventre priùs infœcúnda,
Nutu diuíno péperit Maríam
Dóminam rerum, títulum, florémque
Virginitátis.

Hac mediánte Ieſu Chriſte noſtros,
Terge reátus, nóxia propúlſans,
Fíliæ ſuæ, tuæ Matris prece, Propitiátus.

Donet hoc nobis píetas patérna,
Simul cum nato, Spiritúque ſancto:
Vt matris Annæ précibus iuuémur
Tempus in omne. Amen.

Ad Vigilias. Hymnus.



F Oecúnda radix Iſa i



Florem pudícum gérminat,



Dei datúram fílium



Orbi dat Anna vírginem.

Iam ſperat humánum genus
Caput ténebris éxcitans,
Lucémque primam cónſpicit
Annæ coruſcántem ſinu.
Hanc vota puri péctoris
Zelóque concéptæ preces
Prolem meréntur ómnium
Matrem ſalútis gígnere.
Deo Patri ſit glória,
Eiúſque ſoli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc, & in perpétuum. Amen.

Ad Laudes. Hymnus.





Matrem Maríæ cóncinit.

Regum piórum ſánguini
Iungens ſacerdótes auos,
Illúſtris Anna ſpléndidis
Vincit genus virtútibus.


Cælo fauénte, cóntrahit
Thori fidélis vínculum:
Effœ́ta dudum córpore
Prolem beátam cóncipit.

Audit monéntis Angeli,
Felix parens oráculum:
Caſtóque format péctore
Perénne ſidus vírginum.

Deo Patri ſit glória,
Eiúſque ſoli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc, & in perpétuum. Amen.

In feſto ſancti Petri ad vincula.

Ad Vesperas. Hymnus.




Glória Patri per imménsa sæcula,
Sit tibi Nate decus & impérium,
Honor, potéstas, sanctóque Spirítui:
Sit Trinitáti salus indiuídua,
Per infiníta sæculórum sæcula. Amen.

Ad Vigilias. Quodcúmque vinclis super.

Ad Laudes. Iam bone pastor Petre. vt in Cathedra sancti Petri. 461.

In Transfiguratione Domini.

Ad Veſperas & Vigilias. Hymnus.



QVicúmque Chriſtum quǽritis,



Oculos in altum tóllite:



Illic licébit víſere




Signum perénnis glóri æ.
Illúſtre quiddam cérnimus,
Quod néſciat finem pati,
Sublíme, celſum, intérminum
Antíquius Cælo & chao.
Hic ille Rex eſt géntium,
Populíque Rex Iudáici,
Promíſſus Abrahæ patri,
Eiúſque in æuum ſémini.
Hunc & Prophétis téſtibus

Iisdémque signatóribus,
Testátor & Pater iubet
Audíre nos & crédere.
Glória tibi Dómine,
Qui apparuísti hódie,
Cum Patre & sancto Spíritu,
In sempitérna sǽcula. Amen.

Ad Laudes. Hymnus.



AMor Iesu dulcíssime,



Quando cor nostrum vísitas



Pellis mentis calíginem,




Et nos reples dulcédine.
Quàm felix est quem sátias,
Consors patérnæ déxteræ,
Tu veræ lumen pátriæ,

Quod omnem ſenſum ſúperat.
Splendor patérnæ glóriæ,
Incomprehénſa bónitas,
Amóris tui cópiam
Da nobis per præſéntiam.
Glória tibi Dómine
Qui apparuíſti hódie, &c.


Sic finiuntur Hymni per omnes Horas.

In Suſceptione ſanctæ Coronæ.

Ad Veſperas & Vigilias. Hymnus.



EXíte Sion fíliæ,



Regis pudícæ vírgines,



Chriſti corónant cérnite,




Quam mater ipſa téxuit.
Horret reuúlſis crínibus,

Spinis cruentátum caput,
Et vultus ille décolor
Mortem propínquam réſpicit.
Quæ terra ſulcis ínuia,
Dumis rigens & ſéntibus
Lugúbre munus prótulit,
Quæ ſæua méſſuit manus?
Christi rubéſcens ſánguine
Acúleos mutat roſis,
Palmámque vincens frúctibus,
Spina eſt triúmphis áptior.
Culpis ſatæ mortálium
Te Chriſte ſpinæ vúlnerant,
Euélle noſtras, córdibus
Tuámque noſtris ínſere.
Virtus, honor, laus, glória,
Deo Patri & Fílio,
Sancto ſimul Paráclito.
In ſæculórum ſæcula. Amen.


Ad Laudes. Hymnus.




LEgis figúris píngitur,



Chriſti coróna nóbilis:



Impléxa ſpinis vícti ma,



Ardénſque teſtátur Rubus.


Arcam coróna cínxerat,
Menſǽque ſacrum círculum,
Arámque thure fúmidam
Coróna nectit ámbiens.

Chriſti dolórum cónſcia
Salue coróna glóriæ,
Gemmis & auro púlchrior
Vincens corónas síderum.

Virtus, honor, laus, glória,
Deo Patri, & Fílio,
Sancto ſimul Paráclito,
In ſæculórum ſǽcula. Amen.

In Aſſumptione Beatæ Mariæ Virginis.

Ad Veſperas. Hymnus.



Tu cum virgíneo mater honóre
Angelórum Dómino péctoris aulam
Sacris viſcéribus caſta paráſti,
Natus hinc Deus eſt córpore Chriſtus.

Quem cunctus vénerans orbis adórat,
Cui nunc ritè genu fléctitur omne:
A quo, (te pétimus) ſubueniénte,
Abiéctis ténebris gáudia lucis.

Hoc largíre Pater lúminis omnis,
Natum per próprium Flámine ſacro:

Qui


Qui tecum nítida viuit in æthra
Regnans, ac móderans sǽcula cũcta. Amen.

Ad Vigilias. Quem terra. vt suprà. 454.

Ad Laudes. O gloriósa Dómina. 455.

In festo S. Patris nostri Bernardi Abbatis.

Ad Vesperas. Hymnus.



Exúltet cælum láudibus
De Bernárdi consórtio:
Quem coniúngis cæléstibus
Iesu nostra redémptio.

Rufum dorso per cátulum

Præfiguráſti púerum:
Fore Doctórem ſédulum
Cónditor alme síderum.
Naſcéntis ei cláruit
Clara Chriſti natíuitas:
Hoc à te donum hábuit.
O lux beáta Trínitas.
Arcána ſacræ páginæ
Declárat, & myſtérium
Quod effécit in Vírgine
Deus creátor ómnium.
Rore perfúſum grátiæ
Monſtrat dulcor elóquij:
Per te fons ſapiéntiæ
Summi largítor præmij.
Deténtos à dæmónibus
Sanat, morbos languéntium
Curat, confert doléntibus
Magnum ſalútis gáudium.
Vita viuit felíciter
Cum María Chriſtífera
Cum qua degúſtat dúlciter

Ætérna Chriſti múnera.
Summæ Deus poténtiæ,
Tibi ſit laus, & glória:
Da poſt curſum miſériæ
Beáta nobis gáudia. Amen.

Ad Vigilias. Hymnus.



Latrátor ſtrénuus, ſanctus ex vtero,
Doctor præcípuus néctare ſúpero:
Vigil aſsíduus, ſub ſalutífero
Monſtrátur matri cátulo.
Tardant vigíliæ dormit ad óſtium,

Mox venter Maríæ prodúcit fílium,
Laudis homíliæ próuocant ſtúdium,
Dat puer nummos clánculò.

Pulſánte fœ́mina, latrónes, clámitat,
Defíxa lúmina ſtagno præcípitat:
Abhórret cármina, luxum ſuppéditat,
Iactæ cedit in léctulo.

Sit laus ingénito, decus, & glória,
Ab Vnigénito ſit reis vénia:
Nobis Paráclito præſtánte gáudia,
In infiníto ſæculo. Amen.

Ad Laudes. Hymnus. In tono præcedenti.

INtrat Ciſtércium cum tricenário,
Fratris connúbium ſoluit relígio:
Girárdus hóſtium perfóſſus gládio
Liber exit cum vínculo.

Iuſſu Pontíficis obédit rúſtico,
Oleum cálicis bibit pro théthico:
Stat in verídicis corde prophético,
Raſtrum coæquat ánnulo.

Scribit epíſtolam in imbris médio,
Muſcæ parábolam affert extínctio:

Fœminam díſcolam plenam dæmónio
Curat crucis ſignáculo.

Maríæ cíthara ſcriptúras éxplicat,
Spóliat tártara, functos viuíficat:
Necnon gẽs bárbara hunc ſanctũ prædicat
Ore, ſtylo, miráculo.

Sit laus ingénito, decus, & glória, &c.

In feſto Exaltationis S. Crucis, ad Veſp.
Hymn. Vexílla regis pródeunt. ſuprà. 423.
Ad Vigilias. Pange lingua glorióſi prælium certáminis. 425.
Ad Laudes. Luſtris ſex qui iam. 427.

In feſto SS. Angelorum Cuſtodum.
Ad Veſperas, & ad Vigilias. Hymnus.



CVſtódes hóminũ pſállim⁹ Angelos,



Natúræ frágili quos Pater áddidit



Cœléſtis cómites, inſidiántibus



Ne ſuccúmberet hóſtibus.

Nam quòd corrúerit próditor Angelus,
Concéſsis méritò pulſus honóribus,
Ardens inuídia, péllere nítitur
Quos Cælo Deus áduocat.

Huc Cuſtos ígitur péruigil áduola,
Auértens pátria de tibi crédita
Tam morbos ánimi, quàm requiéſcere
Quidquid non ſinit íncolas.

Sanctæ ſit Tríadi laus pia iúgiter,
Cuius perpétuo númine máchina
Triplex hæc régitur, cuius in ómnia
Regnat glória ſæcula. Amen.

Ad Laudes. Hymnus.




ORbis Patrátor óptime,



Qui, quidquid eſt poténtia

Magna



Magna creáſti, nec regis



Minóre prouidéntia.

Adéſto ſupplicántium
Tibi reórum cœtui:
Lucíſque ſub crepúſculum
Lucem nouam da méntibus.

Tuúſque nobis Angelus
Signátus ad cuſtódiam,
Hic adſit, à contágio
Qui críminum nos prótegat.

Serpéntis nobis æmuli
Calúmnias extérminet,
Ne rete fraudeléntiæ
Incáuta nectat péctora.

Metum propéllat hóſtium
Noſtris procul defínibus:
Pacem procúret ciuium,
Fugétque peſtiléntiam.

Deo Patri ſit glória,

Qui, quos redémit Fílius,
Et ſanctus vnxit Spíritus
Per Angelos cuſtódiat. Amen.


In feſto omnium Sanctorum.
Ad Veſperas, & ad Vigilias. Hymnus.



CHriſte Redémptor ómnium,



Conſérua tuos fámulos,



Beátæ ſemper Vírginis



Placátus Sanctis précibus.

Beáta quoque ágmina
Cæléſtium ſpiríituum:
Prætérita, præſéntia,
Futúra mala péllite.

Vates ætérni Iúdicis,
Apoſtolíque Dómini,

Supplíciter expóſcimus
Saluári veſtris précibus.
Mártyres Dei ínclyti,
Conſeſſoréſque lúcidi,
Veſtris oratiónibus
Nos ferte in cæléſtibus.
Chori ſanctárum Vírginum,
Monachorúmque ómnium,
Simul cum Sanctis ómnibus
Conſórtes Chriſti fácite.
Gentem auférte pérfidam
Credéntium de fínibus;
Vt Chriſto laudes débitas
Perſoluámus alácriter.
Glória Patri ingénito,
Eiúſque Vnigénito,
Vnà cum ſancto Spíritu,
In ſempitérna ſæcula. Amen.

Ad Laudes. Hymnus.



IEſu Saluátor ſæculi,



Cœtus omnes Angélici,
Patriarchárum cúnei,
Et Prophetárum mérita
Nobis precéntur véniam.

Baptíſta Chriſti præuius,
Et cláuiger æthéreus,
Cum cæteris Apóſtolis,
Nos ſoluant nexu críminis.

Chorus ſacrátus Mártyrum,
Confeſsio Sacerdótum,
Et virginális cáſtitas
Nos à peccátis ábluant.

Monachórum ſuffrágia,
Omnéſque ciues Cælici

Annuant votis ſúpplicum,
Et vitæ poſcant præmium.
Laus, honor, virtus, glória,
Deo Patri, & Fílio,
Sancto ſimul Paráclito,
In ſæculórum ſæcula. Amen.


In feſto omnium Sanctorũ Monachorum.
Ad Veſperas, & Laudes. Hymnus.



Gemmas, & auri póndera,
Et dignitátum cúlmina
Calcáſtis, & fœdíſsima,
Quæ mundus offert, gáudia.

Vobis olus cibária
Fuére, vel legúmina,
Potúmque lympha prǽbuit,
Humúſque dura léctulum.
Vixíſtis inter áſpides,
Sæuíſque cum dracónibus,
Porténta nec tetérrima,
Vos terruére dǽmonum.
Rebus procul mortálibus
Mens auolábat féruida,
Diuúmque iuncta cœ́tui,
Hærébat inter sídera.
Summo Paréntí cǽlitum,
Magnǽque Proli vírginis,
Sancto ſimul Paráclito,
Sit ſumma laus & glória. Amen.

Ad Vigilias. Hymnus.



S Anctórum méritis ínclyta gáudia



Pangámus ſóci j, geſtáque fórtia;



Nam gliſcit ánimus, prómere cántibus



Victórum genus óptimum.

Hi ſunt quos rétinens mundus inhórruit,
Ipſum nam ſtérili flore peráridum,
Spreuére pénitùs, téque ſecúti ſunt
Ieſu Rex bone cælitus.


Quæ vox, quæ póterit lingua retéxere,
Quæ tu cœlítibus múnera prǽparas?
Hi nam perpétuo témpore láureis
Ditántur bene fúlgidis.

Te ſumma Déitas, vnáque póſcimus,
Vt culpas ábluas, nóxia ſúbtrahas,
Des pacem fámulis, nos quoque glóriam
Per cuncta tibi ſǽcula. Amen.

COMMVNE SANCTORVM.

In festis Apostolorum & Euangelistarum, extra tempus Paschale.

Ad Vesperas, & ad Laudes. Hymnus.



EXúltet Cælum láudibus,



Resúltet terra gáudiis,



Apostolórum glóriam



Sacra canunt solémnia.

Vos sæcli iusti Iúdices,
Et vera mundi Lúmina;
Votis precámur córdium,
Audíte preces súpplicum.

Qui Cælum verbo cláuditis,
Seráſque eius sóluitis;
Nos à peccátis ómnibus

Soluíte iuſſu, quǽſumus.
Quorum præcépto ſúbditur
Salus & languor ómnium:
Sanáte ægros móribus,
Nos reddéntes virtútibus.
Vt cùm iudex aduénerit,
Chriſtus in fine ſǽculi,
Nos ſempitérni gáudij
Fáciat eſſe cómpotes.
Deo Patri ſit glória,
Eiúſque ſoli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc, & in perpétuum. Amen.

Ad Vigilias. Hymnus.



ÆTérna Chriſti múnera



Apoſtolórum glóriam,



Laudes canéntes débitas,



Lætis canámus méntibus.

Ecclesiárum príncipes,
Belli triumpháles duces;
Cæléstis aulæ mílites,
Et vera mundi Lúmina.

Deuóta Sanctórum Fides,
Inuícta Spes credéntium,
Perfécta Christi Cáritas
Mundi triúmphat príncipem.

In his Patérna glória,
In his volúntas Spíritus,
Exúltat in his Fílius,
Cælum replétur gáudio.


Te nunc Redémptor quæsumus,
Vt ipsórum consórtio,
Iungas precántes séruulos
In sempitérna sæcula. Amen.

Tempore Paſchali.

Ad Veſperas, & ad Vigilias. Hymnus.



TRiſtes erant Apóſtoli



De nece ſu i Dómini,



Quem morte crudelíſsima



Serui damnárant ímpi j.

Sermóne blando Angelus
Prædíxit muliéribus:
In Galilæa Dóminus
Vidéndus eſt quantóciùs.

Illæ dum pergunt cóncitæ
Apóſtolis hoc dícere,
Vidéntes eum víuere,
Chriſti tenent veſtígia.

Quo ágnito Diſcípuli

In Galilǽam própere
Pergunt vidére fáciem
Desiderátam Dómini.
Quæsúmus Auctor ómnium,
In hoc Paschâli gáudio,
Ab omni mortis ímpetu
Tuum defénde pópulum?
Glória tibi Dómine,
Qui surrexísti à mórtuis,
Cum Patre & sancto Spíritu
In sempitérna sǽcula. Amen.

Ad Laudes. Hymnus. In tono præcedenti.

CLaro Paschâli gáudio
Sol mundo nitet rádio,
Cùm Christum iam Apóstoli
Visu cernunt corpóreo.
Ostênsa sibi vúlnera,
In Christi carne fúlgida,
Resurrexísse Dóminum
Voce faténtur pública.
Rex Christe clementíssime,
Tu corda nostra pósside;

Vt tibi laudes débitas
Reddámus omni témpore.
Quæſumus Auctor ómnium,
In hoc Paſcháli gáudio,
Ab omni mortis ímpetu
Tuum defénde pópulum.
Glória tibi Dómine,
Qui ſurrexíſti à mórtuis,
Cum Patre & ſancto Spíritu
In ſempitérna ſǽcula. Amen.

In feſto vnius Martyris.

Ad Veſperas, & ad Vigilias. Hymnus.



DEus tuórum mílitum



Sors, & coróna, prǽmium;



Laudes canéntes Mártyris



Abſólue nexu críminis.

Hic nempe mundi gáudia,
Et blandiménta nóxia,
Cadúca ritè députans
Peruénit ad cæléſtia.
Pœnas cucúrrit fórtiter,
Et ſúſtulit viríliter,
Pro te effúndens ſánguinem,
Ætérna dona póſsidet.
Ob hoc precátu ſúpplici
Te póſcimus piiſsime,
In hoc triúmpho Mártyris,
Dimítte noxam ſéruulis.
Laus & perénnis glória
Deo Patri & Fílio,
Sancto ſimul Paráclito,
In ſempitérna ſǽcula. Amen.

Ad Laudes. Hymnus. In tono præcedenti.

Martyr Dei, qui vnicum
Patris ſequéndo Fílium,
Victis triúmphas hóſtibus,
Victor fruens cæléſtibus.
Tui precátus múnere

Noſtrum reátum dílue,
Arcens mali contágium,
Vitæ rémouens tædium.
Solúta ſunt iam víncula
Tui ſacráti córporis;
Nos ſolue vinclis ſæculi,
Amóre Fílij Dei.
Deo Patri ſit glória,
Eiúſque ſoli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc, & in perpétuum. Amen.

In feſtis plurimorum Martyrum, extra tempus Paſchale. Ad Veſperas. Hymnus.


Cantus pro Feſtis duarum Miſſarum.






Victórum genus óptimum.

Cantus pro Feſtis duodecim & trium Lectionum.




SAnctórum méritis ínclyta gáudia



Pangámus ſóci j, geſtáque fórtia:



Nam gliſcit ánimus prómere cántibus



Victórum genus óptimum.

Hi ſunt quos rétinens mundus inhórruit:
Ipſum nam ſtérili flore peráridum
Spreuére pénitus, téque ſecúti ſunt,
Rex Chriſte bone cælitus.

Hi pro te fúrias atque ferócia
Calcárunt hóminum, ſæuáque vérbera:
Ceſſit his lácerans fórtiter vngula,
Nec carpſit penetrália.

Cædúntur gládiis more bidéntium,
Non murmur réſonat, non querimónia:
Sed corde tácito mens benè cónſcia
Conſéruat patiéntiam.

Quæ vox, quæ póterit lingua retéxere,
Quæ tu Martýribus múnera præparas?
Rubri nam fluído ſánguine láureis
Ditántur benè fúlgidis.

Te ſumma Déitas, vnáque póſcimus,
Vt culpas ábluas, nóxia ſúbtrahas,
Des pacem fámulis, nos quoque glóriam
Per cunĉta tibi ſǽcula. Amen.

Tempore Paſchali, ad Veſperas dicatur,
Rex glorióſe Mártyrum.


Ad Vigilias. Hymnus.




Ætérna Chriſti múnera,



Et Mártyrum victórias,



Laudes canéntes débitas,



Lætis canámus méntibus.

Terróre victo sæculi,
Pœnísque spretis córporis,
Mortis sacræ compéndio
Vitam beátam pósſident.

Tradúntur igni Mártyres,
Et bestiárum déntibus:
Armáta sæuit vngulis
Tortóris insáni manus.

Nudáta pendent víscera,
Sanguis sacrátus fúnditur;
Sed pérmanent immóbiles
Vitæ perénnis grátia.

Te nunc Redémptor quæsumus,
Vt Mártyrum consórtio
Iungas precántes séruulos
In sempitérna sæcula. Amen.

Ad Laudes. Hymnus.




Aurem benígnam prótinus
Appóne noſtris vócibus;
Trophǽa ſacra pángimus,
Ignóſce quod delíquimus.
Tu vincis in Martýribus,
Parcéndo Confeſſóribus;
Tu vince noſtra crímina,
Donándo indulgéntiam.
Deo Patri ſit glória,
Eiúſque ſoli Fílio,


Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc, & in perpétuum. Amen.

In festo Confessoris Pontificis.
Ad Vesperas, & ad Vigilias. Hymnus.

Cantus pro Festis duarum Missarum.



I Ste Conféssor Dómini sacrátus,



Festa plebs cuius célebrat per Orbem,




Hódie lætus méruit secréta



Scándere Cæli.

Si non est dies obitus dicatur.




Hac die lætus méruit suprémos



Laudis honóres.

Cantus pro Festis duodecim & trium Lectionum.



I Ste Conféssor Dómini sacrátus,



Festa plebs cuius célebrat per Orbem,



Hódie lætus méruit secréta



Scándere Cæli.

Si non est dies obitus dicatur.



Hac die lætus méruit suprémos



Laudis honóres.


Qui pius, prudens, húmilis, pudícus,
Sóbrius, castus fuit, & quiétus,
Vita dum præsens vegetáuit eius
Córporis artus.

Ad ſacrum cuius túmulum frequénter
Membra languéntum modò ſanitáti,
Quólibet morbo fúerint grauáta,
Reſtitúuntur.

Vnde nunc noſter chorus in honórem
Ipsíus, hymnum canit hunc libénter;
Vt piis eius méritis iuuémur
Omne per æuum.

Sit ſalus illi, decus, atque virtus,
Qui ſupra Cæli réſidens cacúmen,
Totíus mundi máchinam gubérnat
Trinus & vnus. Amen.

Ad Laudes. Hymnus.



IEſu Redémptor ómnium,



Perpes coróna Præſulum,



In hac die clementiùs




Noſtris fauéto précibus.
Tui ſacri qua nóminis
Conféſſor almus cláruit,
Cuius celébrat ánnua
Deuóta plebs ſolémnia.
Qui ritè mundi gáudia
Huius cadúca réſpuens,
Cum Angelis cæléſtibus,
Lætus potítur præmiis.
Huius benígnus ánnue,
Nobis ſequi veſtígia:
Huius precátu ſéruulis
Dimítte noxam críminis.
Sit Chriſte rex piiſsime
Tibi, Patríque glória,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc, & in perpétuum. Amen.

In feſto Confeſſoris non Pontificis, ad Veſperas & Vigilias. Iſte Conféſſor Dómini ſacrátus. vt ſuprà. 524.

Ad Laudes. Hymnus.




IEſu Coróna célſior,



Et véritas ſublímior,



Qui confiténti ſéruulo



Reddis perénne præmium.

Da ſupplicánti cætui,
Obténtu huius óptimi,
Remiſsiónem críminum,
Rumpéndo nexum vínculi.

Anni reuérſo témpore,
Dies illúxit lúmine,
Quo Sanctus hic de córpore
Polum migráuit præpotens.

Hic vana terræ gáudia,
Et luculénta prædia,

Pollúta sorde députans,
Ouans tenet cæléstia.
Te Christe rex piíssime
Hic confiténdo iúgiter,
Calcáuit hostem fórtiter,
Supérbum ac satéllitem.
Virtúte clarus & Fide,
Confessiónis órdine
Ieiúna membra déferens,
Dapes supérnas óbtinet.
Proínde te piíssime
Precámur omnes súpplices
Vt huius almi grátia
Nobis remíttas débita.
Glória Patri Dómino,
Glória Vnigénito,
Vna cum sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

In festo Virginis & Martyris.
Ad Vesperas, & ad Laudes. Hymnus.



IEsu Co ró na Vírginum,



Quem Mater illa cóncipit,



Quæ ſola Virgo párturit



Hæc vota clemens áccipe.

Qui paſcis inter lília,
Septus Choréis Vírginum,
Sponſus decórus glória,
Sponſíſque reddens præmia.


Quocúmque pergis, Vírgines
Sequúntur, atque láudibus
Poſt te canéntes cúrſitant,
Hymnóſque dulces pérſonant.

Te deprecámur lárgiùs,
Noſtris adáuge ſénſibus,
Neſcíre prorſus ómnia
Corruptiónis vúlnera.

Laus, honor, virtus, glória,
Deo Patri & Fílio,

Sancto simul Paráclito,
In sæculórum sǽcula. Amen.

Ad Vigilias Virginis & Mart. Hymnus.



VIrginis proles, Opiféxque matris,



Virgo quem gessit, peperítque virgo,



Vírginis festum cánimus trophǽum,



Accipe votum.

Hæc tua Virgo dúplici beáta
Sorte dum gestit frágilem domáre
Córporis sexum, dómuit cruéntum
Córpore sæclum.

Vnde nec mortem, nec amíca mortis,
Sæua pœnárum génera pauéscens,
Sánguine fuso méruit sacrátum
Scándere Cælum.

Huius obténtu Deus alme noſtris
Parce iam culpis, vítia remíttens,
Quò tibi puri reſonémus almum
Péctoris hymnum.

Glória Patri, genitæque Proli
Et tibi compar vtriúſque ſemper
Spíritus alme, Deus vnus, omni
Témpore ſæcli. Amen.

Ad Vigilias Virginis non Mart. Hymnus.
In tono præcedenti.

Virginis proles, Opiféxque matris,
Virgo quem geſsit peperítque virgo,
Vírginis feſtum cánimus beátæ,
Accipe votum.

Cuius obténtu Deus alme noſtris
Parce iam culpis, vítia remíttens
Quò tibi puri reſonémus almum
Péctoris hymnum.

Glória Patri, genitæque Proli
Et tibi compar vtriúſque ſemper
Spíritus alme, Deus vnus, omni
Témpore ſæcli. Amen.

In feſto Martyris tantum, vel nec Virginis nec Martyris.

Ad Veſperas, & ad Laudes. Hymnus.



FOrtem viríli péctore



Laudémus omnes féminam,



Quæ ſanctitátis glóri a



Vbíque fulget ínclyta.

Hæc Chriſti amóre ſáucia,
Dum mundi amórem nóxium
Horréſcit, ad Cæléſtia
Iter perégit árduum.

Carnem domans ieiúniis,
Dulcíque mentem pábulo
Oratiónis nútriens,
Cæli potítur gáudiis.

Rex Christe virtus fórtium,
Qui magna solus éfficis,
Huius precátu quǽsumus,
Audi benígnus súpplices.

Deo Patri sit glória,
Eiúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc, & in perpétuum. Amen.

Ad Matutinum. Hymnus.

In tono Hymni. Vírginis proles.

HVius obténtu Deus alme nostris
Parce iam culpis, vítia remíttens,
Quo tibi puri resonémus almum
Péctoris hymnum.


Glória Patri, genitǽque Proli
Et tibi compar vtriúsque semper
Spíritus alme, Deus vnus, omni
Témpore sæcli. Amen.

In Dedicatione Ecclesiæ, & per Octauas.

Ad Vesperas, & ad Vigilias. Hymnus.



VRbs Ierúsalem beáta,



Noua véniens è Cælo
Nuptiáli thálamo
Præparáta, vt ſponſáta
Copulétur Dómino:
Platéæ & muri eius
Ex auro puríſsimo.

Portæ nitent margarítis
Adytis paténtibus;
Et virtúte meritórum

Illuc introdúcitur
Omnis qui ob Chrifti nomen
Hic in mundo prémitur.
Tunfiónibus preffúris
Expolíti lápides,
Suis coaptántur locis
Per manus artíficis,
Difponúntur permanfúri
Sacris ædifíciis.
Glória & honor Deo
Vfquequáque Altífsimo,
Vnà Patri; Filióque,
Inclyto Paráclito,
Cui laus eft & poteftas
Per ætérna fæcula. Amen.

Ad Laudes. Hymnus.



ANgulâris fundaméntum



Lapis Chriftus miffus eft,



Qui paríetum compáge



In vtróque néctitur,



Quem Sion sancta suscépit,



In quo credens pérmanet.

Omnis illa Deo sacra
Et dilécta Cíuitas,
Plena módulis, in laude
Et canóre iúbilo,
Trinum Deum, vnicúmque
Cum feruóre prædicat.

Hoc in templo summe Deus
Exorátus áduení:
Et cleménti bonitáte
Precum vota súscipe:
Largam benedictiónem
Hic infúnde iúgiter.

Hic promereántur omnes
Petíta acquírere,
Et adépta poſsidére,
Cum Sanctis perénniter
Paradíſum introíre,
Tranſláti in réquiem.
Glória & honor Deo
Vſquequáque Altíſsimo,
Vnà Patri; Filióque,
Inclyto Paráclito,
Cui laus eſt & potéſtas
Per ætérna ſæcula. Amen.

In Officio B. Mariæ in Sabbato.

Ad Veſperas. Hymnus.



AVe maris ſtella, Dei mater alma:




Atque ſemper virgo, Felix cæli porta.

Sumens illud Aue, &c. vt ſuprà. 453.
Ad Vigilias. Quem terra, pontus. 454.
Ad Laudes. O glorióſa Dómina. 455.

In Officio SS. Euchariſtiæ Sacramenti pro feria quinta.

Ad Veſperas & Vigilias. Hymnus.



Vera caro quàm ſúmimus,
Quam aſſúmpſit ex vírgine
Verus ſanguis quem bíbimus,
Quem effúdit pro hómine.

O cæléſte conuíuium!
O beatórum glória!
O réquies humílium!
Duc nos ad cæli gáudia.

Præſta pater per Fílium,
Præſta per almum Spíritum,
Quibus hoc das exílium,
Felícem dones éxitum. Amen.


Ad Laudes. Hymnus. In tono præcedenti.


PAnis iſte dulcédinis,
Totus eſt plenus grátiæ,
Geſtátus aluo vírginis
Summæ Deus clementiæ.
Huius panis Angélici
Saginémur pinguédine
Tam ſuáuis viátici
Deleĉtémur dulcédine.
O cæléſte conuíuium!
O beatórum glória!
O réquies humílium!
Duc nos ad cæli gáudia.
Præſta Pater per Fílium,
Præſta per almum Spíritum,
Quibus hoc das edúlium,
Felícem dones éxitum. Amen.

Antiphona de Beata Virgine Maria, quæ quotidie.

Quæ quotidie, (excepta feria quinta & ſexta maioris Hebdomadæ) cantatur ſolemniter poſt Completorium de Beata.

Antiphona de Beata Virgine Maria.





℣. Aue María grátia plena.

℟. Dóminus tecum.


Orémus.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui glorióſæ vírginis matris Maríæ corpus, & ánimam, vt dignum fílij tui habitáculum éffici mererétur, Spíritu ſancto cooperánte præparáſti: * da vt cuius commemoratióne lætámur, eius pia interceſsióne ab inſtántibus malis, & à morte perpétua liberémur. Per eúndem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Pro commemoratione B. Virginis Mariæ in Aduentu, & ab Octaua Epiphaniæ vſque ad Purificationem.

Ad Veſperas. Antiphona.






Vir go pri ùs, ac poſ té riùs Gabri é lis



ab ore



Sumens illud Aue peccatórum miſerére.

A Veſperis primæ Dominicæ Aduentus, vſque ad Natale Domini.

℣. Angelus Dómini nunciáuit Maríæ.

℟. Et concépit de Spíritu ſancto. Orémus.

GRátiam tuam, quæſumus Dómine, méntibus noſtris infúnde,* vt qui Angelo nuntiánte, Chriſti fílij tui incarnatiónem cognóuimus, : per paſsiónem eius, & crucem ad reſurrectiónis glóriam perducámur.*

Ab Octaua Epiphaniæ vſque ad Purificationem.

℣. Poſt partum virgo inuioláta permãſíſti.

℟. Dei Génitrix intercéde pro nobis.

Orémus.

Orémus.

DEus qui ſalútis ætérnæ B. Maríæ virginitáte fœcūda humáno géneri præmia præſtitíſti,ᵗ tríbue quæſumus,* vt ipſam pro nobis intercédere ſentiámus,ᵗ per quam merúimus authórē vitæ ſuſcípere Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum fílium tuum.* Nec reſpondetur Amen, ſed ſequitur immediatè commemor. de Sanctis.

Commemoratio de ſancta Maria, à Purificationem vſque ad Dominicam Palmarum.

Ad Veſperas. Antiphona.



A Ve Regína Cælórum,



A ue Dómina Angelórum



Sal ue radix ſalue porta,



Ex qua mundo lux eſt or ta,



Gaude virgo glorióſa,



Super omnes ſpeci ó ſa



Va le ô valdè decóra,



Et pro nobis Chriſtum e xó ra.

℣. Dignáre me laudáre te virgo ſacráta.

℟. Da mihi virtútem contra hoſtes tuos.

Orémus.

COncéde miſéricors Deus fragilitáti noſtræ præſídium,* vt qui ſanctæ Dei Genitrícis memóriam ágimus, ꝛ interceſſiónis eius auxílio, à noſtris iniquitátibus reſurgámus. *

Antiphona de Beata Maria, quæ dicitur pro commemoratione, ad Veſperas, à Dominica in Albis vſque ad Vigiliam Aſcenſionis excluſiuè, & ad Magnificat in Officio eiuſdem Beatæ Mariæ in Sabbato, per idem tempus. Antiphona.




℣. Gaude & lætáre virgo María, allelúia.

℟. Quia ſurréxit Dóminus verè, allelúia.

O rémus.

DEus qui per reſurrectiónem fílij tui Dómini noſtri Ieſu Chriſti mundum lætificáre dignátus es: * præſta quæſumus, vt per eius Genitrícem Vírginem Maríam, perpétuæ capiámus gáudia vitæ. *

A prima die poſt Trinitatem vſque ad Aduentum. Commemor. de Beata ad Veſp.



℣. Ora pro nobis ſancta Dei génitrix.


℟. Vt digni efficiámur promiſsiónibus Chriſti.

Orémus.

COncéde nos fámulos tuos, quæſumus Dómine Deus, perpétua mentis & córporis ſanitáte gaudére, * & glorióſa Beátæ Maríæ ſemper vírginis interceſsióne, à præſénti liberári triſtítia, & ætérna pérfrui lætítia. *


In Laudibus per totum annum.

Commemoratio de Beata Maria.



Verſus & Orationes dicuntur pro tempore ſicut in Veſperis.

De SS. Benedicto, Bernardo, & Roberto Commemoratio ad Veſperas.



Ad Laudes.



℣. Beáti quos elegíſti Dómine. (alleluía.)

℟. Habitábunt in átriis tuis. (allelúia.)

Orémus.

PRæſta quǽſumus omnípotens Deus: * vt qui ſanctórum tuórum Benedícti, Bernárdi, & Robérti commemoratiónem cólimus, eórum etiam virtútes imitémur. *

De Pace ad Veſperas & Laudes. Aña.



DA pacem Dómine in diébus no-



ſtris quia non eſt á lius qui pugnet pro



nobis niſi tu Deus noſter. Allelúia.

℣. Fiat pax in virtúte tua. (allelúia.)

℟. Et abundántia in túrribus tuis. (allelúia)

Orémus.

DEus à quo ſancta deſidéria, recta consília, & iuſta ſunt ópera, da ſeruis tuis illam quam mundus dare non poteſt pacem: * vt & corda noſtra mandátis tuis dé-

dita, & hóstium subláta formídine, témpora sint tua protectióne tranquílla.* Per Dóminum nostrum Iesum Christum fílium tuum, Qui tecum viuit & regnat in vnitáte Spíritus sancti Deus: * Per ómnia sǽcula sæculórum. ℟. Amen. ℣. Dóminus vobíscum, ℟. Et cum spíritu tuo. ℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

Nota quod cum plures dicuntur orationes in Laudibus vel Vesperis in prima earum quæ est de officio diei, integra dicitur conclusio Per Dóminum, vel alia vt competit. Nec post illam repetitur Dóminus vobíscum, nec dicitur Benedicámus, sed reseruantur vsque post vltimam commemorationem quæ dicitur cum integra sua conclusione, mediæ autem orationes siue vlla prorsus conclusione recitantur.

In omnibus Festis Sermonum.

Ad Vesperas & Laudes.



Benedi cá mus Dó mino.
De o grá ti as.

In omnibus Festis duarum Missarum, diebus Octauis & Dominicis.


Ad Vesperas & Laudes.



Benedi cá mus Dó mino.
De o grá ti as.

In Festis duodecim Lectionum, & diebus infra Octauas solemnes.

Ad Vesperas & Laudes.



Benedicámus Dómino.
De o grá ti as.

In Festis trium Lectionum & feriis.

Ad Vesperas & Laudes.



Benedicámus Dómino.
De o grá ti as.

Posteà dicitur Versus. Diuínum auxílium máneat semper nobíscum. ℟. Et cum

frátribus noſtris abſéntibus. Et ℣. Fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requiéſcant in pace. ℟. Amen. Et vltimò. Aña. Spíritus ſanctus in te deſcéndet María, ne tímeas habébis in vtero fílium Dei. ℣. Ecce ancílla Dómini. ℟. Fiat mihi ſecundum verbum tuum. Orémus.


LÆtífica, & ádiuua nos omnípotens, & miſéricors Deus Domínicæ conceptiónis gáudia recoléntes, & pia Dei Génitrix virgo ſemper María, in cuius veneratióne hæc commemorámus, in cunctis neceſſitátibus noſtris grátiam ſancti Spíritus nobis ímpetret & leuámen. Per eúndem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Antiphona prædicta Spíritus ſanctus, &c. ſemper dicitur poſt Verſum, Fidélium ánimæ. quandocumque terminata aliqua Hora diſcedendum eſt à Choro, præterquam in Completorio, in quo prorſus omittitur, & in triduo maioris Hebdomadæ ante Paſcha. Numquam verò dicitur poſt aliquam Horam, quando ſubſequitur cum Officio diei Officium Defunctorum, vel Sepultura, vel Proceſſio, aut Litaniæ, vt in Rogationibus, &c. neque etiam dicitur quando poſt aliquam Horam immediatè ſubſequitur Miſſa.

OFFICIVM DEFVNCTORVM.

AD VESPERAS, ANTIPHONA.





Pſalmus. Lauda ánima mea Dóminum: laudábo Dóminum in vita mea: Réquiem ætérnam. A porta ínferi. Erue Dómine ánimas eórum.

Collecta. Deus cui próprium.

Omnípotens ſempitérne. Fidélium Deus

ómnium. vt in fine vigiliarum.

Ad vigilias Mortuorum, In primo Nocturno, Antiphona.





neque qui ſaluum fáciat. Pſalmus. Dó-



mine Deus meus. Verſus. Anima



mea turbáta eſt valde.

Sed tu Dómine ſuccúrre ei. Pater noſter.

Lectio prima.

PArce mihi Dómine: nihil enim ſunt dies mei. Quid eſt homo quia magnifícas eum? aut quid appónis erga eum cor tuum? Viſítas eum dilúculo: & ſúbito probas illum. Vſquequò non parcis mihi? nec dimíttis me vt glútiam ſalíuam meam? Peccáui. Quid fáciam tibi ô cuſtos hóminum? Quare poſuíſti me contrárium tibi? & factus ſum mihi metípſi grauis? Cur non tollis peccátum meum? & quare non aufers iniquitátem meam? Ecce nunc in púluere dórmiã: & ſi manè me quæſíeris non ſubſíſtam.

In primo Nocturno. Responſorium.



Lectio ſecunda.

TEdet ánimam meam vitæ meæ: dimíttam aduérſum me elóquium meum. Loquar in amaritúdine ánimæ meæ: dicam Deo. Noli me condemnáre. Indica mihi: cur me ita iúdices. Nunquid bonum tibi vidétur ſi calũniéris, & ópprimas me opus mánuum tuárum? & consílium impiórum ádiuues? Nunquid óculi cárnei tibi ſunt, aut ſicut videt homo & tu vides? Nunquid ſicut dies hóminis dies tui, & anni tui ſicut humána ſunt témpora? vt quæras iniquitátem meam, & peccátum meum ſcrutéris? & ſcias quia nihil ímpium fécerim? cum ſit nemo qui de manu tua poſsit erúere.

Reſponſorium.





Lectio tertia.

MAnus tuæ fecérunt me, & plaſmauérunt me totũ in circúitu: & ſic repénte præcipitas me? Meménto quæſo quod ſicut lutum féceris me: & in púluerem redúces me. Nonne ſicut lac mulsíſti me & ſicut cáſeum me coaguláſti? Pelle & cárnibus veſtíſti me: óſsibus & neruis compegíſti me. Vitam & miſericórdiam tribuíſti mihi: & viſitátio tua cuſtodíuit ſpíritum meum.

Reſponſorium.



Pſalmus.



Pſalm. Ad te Dómine leua. Antiphona.



Credo vidére bona Dómini in terra vi-



uéntium. Pſalm. Dóminus illumina.



℣. Conuértere Dómine & éripe ánimam.

Saluum me fac propter miſericórdiam tuam. Pater noſter. Lectio prima.


RESpónde mihi, quantas hábeo iniquitátes & peccáta: ſcélera mea & delícta oſténde mihi. Cur fáciem tuam abſcóndis: & arbitráris me inimícum tuum? Contra fólium quod vento rápitur, oſténdis poténtiam tuam: & ſtípulam ſiccam perſéqueris. Scribis enim contra me amaritúdines: & conſúmere me vis peccátis adoleſcéntiæ meæ. Poſuíſti in neruo pedem meum: &

obſeruáſti omnes ſémitas meas: & veſtígia pedum meórum conſideráſti. Qui quaſi putrédo conſuméndus ſum: & quaſi veſtiméntum quod coméditur à tínea.

Reſponſorium.



Dómine



Dómine ſuc curre e i. In nouíſsi.

Lectio ſecunda.

HOmo natus de mulíere breui viuens témpore:replétur multis miſériis. Qui quaſi flos egréditur & contéritur, & fugit velut vmbra: & numquam in eódem ſtatu pérmanet. Et dignum ducis ſuper huiuſcémodi aperíre óculos tuos & addúcere eum tecum in iudícium? Quis poteſt fácere mundum, de immúndo concéptum ſémine? Nonne tu qui ſolus es? Breues dies hóminis ſunt: númerus ménſium eius apud te eſt. Conſtituíſti términos eius: qui præteríri non póterunt. Recéde páululum ab eo: vt quiéſcat donec optáta véniat ſicut mercennárij dies eius.

Reſponſorium.



NE recordé ris peccáta mea Dó-





Lectio tertia.

QVis mihi hoc tríbuat, vt in inférno prótegas me, & abſcóndas me donec pertránſeat furor tuus, & conſtítuas mihi tempus in quo recordéris mei? Putáſne mórtuus homo rurſus viuat? Cunctis diébus quibus nunc mílito: expécto donec véniat immutátio mea. Vocábis me: & ego reſpondébo tibi: óperi mánuum tuárum pórriges déxteram. Tu quidem greſſus meos dinumeráſti: ſed parce peccátis meis.

Reſponſorium.

In secundo Nocturno Responsorium.





Compláceat tibi Dómine vt éruas me, ad



adiuuándum me réſpice. Pſalm. Expéctans.



Añа. Sana Dómine ánimam meam quia



peccáui tibi. Pſalm. Beátus qui. Antiph.



Sitíuit ánima mea ad Deum viuum:



quando véniam & apparébo ante fáciem



Dómini. Pſalm. Quemádmodum.

Verſus. In memória ætérna erunt iuſti. Ab auditióne mala non timébunt. Pater noſter.

Lectio prima.

SPíritus meus attenuábitur: dies mei breuiabúntur: & ſolum mihi ſúpereſt ſepúlcrum. Nõ peccáui: & in amaritudínibus morátur óculus meus. Líbera me & pone me iuxta te: & cuiúſuis manus pugnet contra me. Dies mei tranſiérunt: cogitatiónes meæ diſsipátæ ſunt: torquéntes cor meum. Noctem vertérunt in diem: & rurſum poſt ténebras ſpero lucem. Si ſuſtinúero inférnus domus mea eſt: & in ténebris ſtraui léctulum meum. Putrédini dixi: pater meus es: mater mea: & ſoror mea vérmibus. Vbi eſt ergo nũc præſtolátio mea: & patiéntia mea? Tu es Dómine Deus meus.

Reſponſorium.



PEccántem me quotí die & non me pe-



nitén tem timor mortis contúrbat me.



Lectio ſecunda.

PElli meæ conſúmptis cárnibus adhæſit os meum: & derelícta ſunt tantúmmodo lábia circa dentes meos. Miſerémini mei, miſerémini mei, ſaltem vos amíci mei: quia manus Dómini tétigit me. Quare perſequímini me ſicut Deus? & cárnibus meis ſaturámini? Quis mihi tríbuat, vt ſcribántur ſermónes mei? Quis mihi det vt exaréntur in libro ſtilo férreo, & plumbi láminæ? vel celte ſculpántur in ſílice? Scio enim

quod

quod redémptor meus viuit : & in nouíssimo die de terra surrectúrus sim: & rursum circúmdabor pelle mea: & in carne mea vidébo Deum saluatórem meum. Quem visúrus sum ego ipse : & óculi mei conspectúri sunt: & non álius. Repósita est hæc spes mea in sinu meo.

Responsorium.





Lectio tertia.

Vir fortíſsimus Iudas collatióne facta duódecim míllia dragmas argénti, miſit Ieroſólymam offérri pro peccátis mortuórum ſacrifícium: iuſtè & religioſè de reſurrectióne cógitans. Niſi enim eos qui cecíderant reſurrectúros ſperáret: ſupérfluum viderétur & vanum oráre pro mórtuis. Et quia conſiderábat quod hi qui cum pietáte dormitiónem accéperant: óptimam habérent repóſitam grátiam. San-

cta ergo & ſalúbris eſt cogitátio pro defún-ctis exoráre : vt à peccátis ſoluántur.

Reſponſorium.

LIbera me Dómine de morte ætér-

na in die illa tremén da. Quando


cœ li mo uéndi ſunt & terra. Dum vé-

neris iudicá re ſǽ culum per

i gnem. Verſ. Dies illa dies iræ, calami-

tátis & miſériæ, dies magna & amára

val de. Quando. Verſ. Tremens factus



Verſ. Audíui vocem.

Pater noſter. Prædictum Reſponſorium dicitur cum tribus ſuis verſiculis in quinque præcipuis anniuerſarijs: & in anniuerſario cuiuſlibet menſis. Cæteris autem diebus: cum ſolo primo verſiculo. Pſal. Lauda ánima mea Dóminum. Collectæ. vt ſuprà.

In Laudibus, Antiphona.






Pſalmus. Laudáte. Antiph. Ego ſum re-



ſurréctio & vita: qui credit in me étiam



ſi mórtuus fúerit viuet, & omnis qui cre-



dit in me, non moriétur in ætérnum.



Pater noſter. Pſalmus. De profúndis.

℣. Réquiem ætérnam dona eis Dómine. Et lux perpétua lúceat eis. A porta ínferi. Erue Dómine ánimas eórum. Dóminus vobíſcum. vel Dómine exáudi oratiónẽ meam. Et clamor meus ad te véniat.

Collecta.

DEus cui próprium eſt miſeréri ſemper, & párcere: propitiáre animábus famulórum famularúmque tuárum, & ómnia

nia eórum peccáta dimítte,* vt mortalitátis vínculis absolútæ, lucem ætérnam possídeant.

DEus, véniæ largítor, & humánæ salútis amátor, quǽsumus cleméntiã tuam,* & nostræ congregatiónis fratres, propínquos, & benefactóres, qui ex hoc sǽculo transiérunt, beáta María semper Vírgine intercedénte cum ómnibus sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium peruenír̃e concédas.

FIdélium Deus ómnium cónditor, & redémptor: animábus famulórum, famularúmque tuárum remissiónem cunctórum tríbue peccatórum,* vt indulgéntiam quam semper optauérunt, piis supplicatiónibus consequántur. Qui viuis & regnas Deus in sǽcula sæculórum.

℟. Amen.

℣. Réquiem ætérnam dona eis Dómine.

℟. Et lux perpétua lúceat eis.

℣. Requiéscant in pace. ℟. Amen. Nec ad-

ditur ℣. Fidélium, nec Antiphona. Spíritus ſanctus.

In die Commemorationis omnium Defunctorum, cum ſola dicitur Oratio. Fidélium. & in officio menſis ſic concluditur. Qui viuis & regnas cum Deo Patre, in vnitáte Spíritus ſancti Deus,* per ómnia ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

Orationes diuerſæ pro defunctis.

In officio Menſis. Oratio.

PRæſta Dómine quæſumus,* vt ánimæ famulórum famularúmque tuárum, quorum anniuerſárium depoſitiónis diem commemorámus, indulgéntiam páriter & réquiem cápiant ſempitérnam.* Et conſequenter Orationes. Deus véniæ, & Fidélium. vt ſuprà Quando vero ſola recitatur, concluditur ſic Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum fílium tuum: Qui tecum viuit & regnat Patre, in vnitáte Spíritus ſancti Deus, Per ómnia ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

In die depositionis defuncti. Oratio.

ABsólue quǽsumus Dómine ánimam fámuli tui N. (sacerdótis) vt defúnctus sǽculo tibi viuat, * & quæ per fragilitátem carnis humána conuersatióne commísit, tu vénia misericordíssimæ pietátis abstérge. Per Dóminum. Si fuerit fœmina dicatur ánimã fámulæ tuæ N. vt defúncta.

Pro vno defuncto, eiusque durante tricenario. Oratio.

INclína Dómine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súpplices deprecámur, * vt ánimam fámuli tui, N. quam de hoc sǽculo migráre iussísti, in pacis, ac lucis regióne constítuas & sanctórum tuórum iúbeas esse consórtem. Per Dóminum nostrum.

Pro vna defuncta. Oratio.

QVǽsumus Dómine pro tua pietáte miserére ánimæ fámulæ tuæ: * & à contágiis mortalitátis exútam, in ætérnæ saluatiónis partem restítue. Per Dóminum.

In anniuerſario menſis Ianuarij. Oratio.

DEus qui inter Apoſtólicos ſacerdótes fámulos tuos Pontificáli, ſeu Sacerdotáli fecíſti dignitáte vigére, præſta quǽſumus, * vt eórum quoq; perpétuo aggregéntur consórtio. Per Dóminum. Quæ dicitur etiam in ſingulari pro Epiſcopo tollendo, ſeu Sacerdotáli.

In anniuerſario menſis Maij. Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus, cui numquam ſine ſpe miſericórdiæ ſupplicátur, propitiáre animábus famulórum famularúmque tuárum : * vt qui de hac vita in tui nóminis confeſsióne diſceſſérunt, ſanctórum tuórum número fácias aggregári. Per Dóminum.

In anniuerſario Septembris. Oratio. Deus véniæ largítor. vt ſuprà.

In anniuerſario Nouemb. Oratio. Deus, cui próprium eſt miſeréri. vt ſuprà.


SVPPLEMENTVM
AD PSALTERIVM CISTERCIENSE.

Iuxta Breuiarij correctionem Psalmi diligenter emendentur, quoad commata, flexas, ⁝ & asteriscos * & sequentia sedulò suis locis applicentur. Orationes verò, Capitula, & Lect. breues ex dicto Breuiar. recitentur.

Ad Primam in Quadragesima pro feriali Officio. Antiphona.



THesaurizáte vobis thesáuros in cæ-



lo vbi nec erúgo nec tínea demolítur.




Euouae.

Infra Hebd. Passionis. Ad Primam, Aña.




VIde Dómine afflictiónem meam



Pſalm. Ad te Dómine leuáui ánimam meam. *Pſalm.* Iúdica me Dómine quóniam.

In secundo Nocturno, In Aduentu. Antiphona.





℣. Ego dixi Dómine miserére mei. Quia.

In primo Nocturno Feriæ vj. quando Psalm. 92. Dóminus regnáuit. debet dici ad Laudes, eius loco dicitur. Psalm. 75. Notus in Iudæa Deus.

In secundo Nocturno eiusdem feriæ vj quando Psal. 99. Iubiláte. debet dici ad Laudes, eius loco dicitur Psal. 91. Bonum est confitéri. cum sequenti Aña.



BOnum est cōfitéri Dómino. Euouae.

In Sabbato quando contingit fieri officium de feria, post breuem Lectionem. Resp. breue per Annum.



Misericórdia Dómini, * Plena est terra.




℣. Ab ætérno & vsque in ætérnum. Plena.

Dominica ad Vesperas. Per Annum Aña.




DIxit Dóminus Dómino meo sede à



dextris meis. Euouae. Psalm. Idem.


Aña.



Fidélia ómnia mandáta eius confir-

máta


máta in sǽculum sǽculi. Euouae. Psalm. Confitébor.
Aña. In mandátis eius cupit nimis. Euouae. Ps. Beátus vir.
Aña. Sit nomen Dómini benedíctum in
sǽcula. Euouae. Psalm. Laudáte púeri.
℟. br. Quam magnificáta sunt, *Opera tua
Dómine. ℣. Omnia in sapiénti a fecísti.
Opera tua Dómine.
Ad Tertiam per Annum. In feriis iii. iiij. v. & Sabbato. Aña. Clamáui.
Tempore Quadragesimæ, Ad Tertiam, In feriali officio, Aña.
Non in so lo pa ne viuit homo, sed in



omni verbo quod procédit de ore Dei.



Euouae.

Tempore Passionis, Ad Tertiam, In feriali officio, Aña.



Iudicásti Dómine. Vt in Dominica Passionis.

Ad Sextam per Annum in feriis iij iiij. v. & Sabbato. Aña. Qui hábitas.

Per Quadragesimam, Antiphona.



C ommendémus nosmetípsos in multa




patiéntia in ieiúniis multis per arma iu-



stítiæ. Euouae.

Tempore Passionis. Ad Sextam, Antiphona.




P ópule meus. Vt in Dominica Passionis.

Ad Nonam per Annum in feriis iij. iiij. v. vj. & Sabbato. Aña. Beáti omnes.

Ad

Per Quadrageſimam, Antiphona.



P er arma iuſtítiæ virtútis De i com-




mendémus noſmetípſos in multa patién-



tia. Euouae.

Tempore Paſſionis. Ad Nonam, Antiphona.



N umquid rédditur. Vt in Dominica Paſſionis.

Supplementum ad Antiphonalia, In proprio de Tempore.

In Dominicis Aduentus Antiphonæ ad Laudes & Horas, ſunt illæ quæ ſunt poſitæ pro ſequenti feria ſecunda, & ſublata illa quæ dicitur ad Sextam reliquæ quatuor Antiphonæ dicuntur ad Veſperas ſuper Pſalmos Dominicæ.

Dominica ſecunda Aduentus.

Ad Benedictus, Antiphona. Ioannes autem cũm audíſſet. Et ad Magnificat, Aña. Tu es qui ventúrus es. Reperiuntur in Dominica tertia Aduentus.

Dominica tertia Aduentus.


Ad Benedictus, Antiphona. Super ſólium Dauid. Et ad Magnificat, Aña. Beáta es María, quæ credidíſti. Inueniuntur in Dominica ſecunda Aduentus.

Feria ij. iij. & v. poſt Dominicam iij. Aduentus Añæ ad Laudes & Horas ſumuntur de Dominica præcedenti. Véniet Dóminus. cum reliquis.

Vltimo die ante Vigiliam Natiuitatis. Ad Benedictus, Antiphona.



E cce compléta sũt ómnia quæ dicta ſunt


per Angelum de vírgine María. Euouae.
Dominica ſexta poſt Epiphaniam. Ad Benedictus, Antiphona.
Símile eſt regnum cælórum grano ſi ná-
pis, quod mínimum eſt ómnibus ſemí-
nibus: cùm autem créuerit maius eſt óm-
nibus o léribus. Euouae.
Ad Magnificat, Antiphona.
Sí mile eſt regnum cælórum ferménto,
quod accéptum múlier abſcóndit in fa-
rínæ ſatis tribus, donec fermentátum eſt

totum. Euouae.

Notandum quod Sabbato ante Dominicam Septuageſimæ ℣. Benedicámus Dómino, dicitur cum dupliciAllelúia, ad Veſperas. Et amplius non dicitur Allelúia, vſque ad Sabbatum Sanctum.

Dominica Septuageſimæ. Ad Laudes, Antiphona.


COr contrítum & humiliátum Deus ne deſpícias. Euouae. *Pſalm.* Miſerére mei.

Reſponſ. breue, ad Laudes pro Dominic. Septuag. Sexag. & Quinquag.


Adiútor meus eſto Deus, * Ne derelínquas me. ℣. Neque deſpícias me Deus ſalutáris meus. Ne derelínquas me.

Ad Primam, Antiphona.

Conuentióne autem fa cta cum operá-


riis ex denário diúr no miſit e os in ví-
neam ſuam. Euouae.
Pſalm. Beáti immaculáti.
Ad Tertiam, Antiphona.
Quid hic ſtatis tota di e oti ó ſi reſpon-
dérunt & dixérunt nemo nos condúxit.
Euouae.
Pſalm. Legem pone.
Ad Sextam, Antiphona.
Ite & vos in víneam meam & quod iu-
ſtú fúerit dabo vobis. Euouae.
Pſalm. Pórtio mea.
Ad Nonam, Antiphona.
Vo ca operári os & redde illis mercé-

dem


dem ſuã dicit Dóminus. Euouae. Pſal. Defécit.
Dominica Sexageſimæ. Ad Laudes, Antiphona.
FOrtitúdo mea & laus mea Dóminus
exaudíuit vocem meã & factus eſt mihi in
ſalútem. Euouae. Pſal. Miſerére mei Deus. ℟.br. Adiútor. vt ſuprà.
Ad Primam, Antiphona.
Si culmen veri honóris quæritis ad
cœléſtem pátriam quantóciùs properáte.
Euouae. Pſalm. Beáti immaculáti.
Ad Tertiam, Antiphona.
Semen eſt verbum De i ſator autem


Christus omnis qui audit e um manébit in
ætérnum. Euouae. Pſalm. Legem pone.
Ad Sextam, Antiphona.
Qui verbum Dei rétinent corde perfé-
ɛ̃to & óptimo fruɛ̃tum áfferunt in patién-
tia. Euouae. Pſalm. Pórtio mea.
Ad Nonam, Antiphona.
Si veré fratres díuites eſſe cúpitis veras
diuíti as amáte. Euouae. Pſal. Defécit.
Dominica Quinquageſimæ. Ad Laudes, Antiphona.
DExte ra Dómini virtútem fáciat,

vt

vt cum impúlſus fúero cadéntem me ſu-

ſcípiat. Euouae. Pſalmus. Miſerére mei.

Ad Primam, Antiphona.

Tradétur géntibus ad deludéndum

& flagellándum, & crucifigéndum.


Euouae. Pſalmus. Beáti immaculáti.

Ad Tertiam, Antiphona.

Ec ce aſcéndimus Hiero ſó lymam

& conſummabúntur ómnia quæ ſcripta

ſunt per prophétas de fí li o hóminis.


Euouae. Psalmus. Legem pone.
Ad Sextam, Antiphona.
Iter faciénte Iesu ambulábat Hiérico,
cæcus clamábat ad eum vt lumen recí-
pere mererétur. Euouae. Psal. Pórtio mea.
Ad Nonam, Antiphona.
Cæcus magis ac magis clamábat vt eum
Dóminus illumináret. Euouae. Psal. Defécit.
Feria quinta post Cineres. Ad Benedictus, Antiphona.
Dómine, puer meus. Vt in Domin. iij. post Epiphan.
Ad Magnificat, Antiphona.
Dómine, non sum dignus vt intres sub



tectum meum, ſed tantùm dic verbo &



ſanábitur puer meus. Euouae.

Tempore Quadrageſimæ, Ad Laudes ℟. breue.



Ipſe liberáuit me, *De láqueo venántiũ.



℣. Et à verbo áſpero. De láqueo.

Ad Veſperas, ℟. breue.



Scápulis ſuis * Obumbrábit tibi. ℣. Et



ſub pennis eius ſperábis. Obumbrábit.

Feria quinta infra Hebdomadam primam Quadrageſimæ.

Ad Benedictus, Antiphona. Egréſſus Ieſus. Et ad Magnificat. O múlier. reperiuntur in Domin. ij. Quadrag.

Dominica ſecunda Quadrageſimæ. Ad Cantica, Antiphona.



Faciámus hic tria tabernácula, tibi vnum,



Móysi vnum, & Eliæ vnum. Euouae.

Ad Benedictus, Antiphona. Assúmpsit. vt in Sabbato præcedenti.

Ad Primam, & Tertiam, Antiphona.



Dómine bonum est nos hic esse: Si vis,



faciámus hic tria tabernácula, tibi vnum,



Moysi vnum, & Eliæ vnum. Euouae.

Ad Sextam, Antiphona. Faciámus hic. vt suprà.


Ad Nonam, Antiphona. Visiónem quam vidístis. vt in Sabbato præcedenti.

Ad Magnificat, Antiphona. Visiónem quam vidístis. vt suprà.

Feria quinta infra Hebdomadam ij. Quadrag. Ad Benedictus, Antiphona.



Fili recordáre quia recepísti bona in vita




tua, & Lá zarus simíliter mala. Euouae.

Ad Magnificat, Antiphona.



Diues ille guttam aquæ pétiit, qui micas


panis Lázaro negáuit. Euouae.
Feria quinta infra Hebdomadam iij. Quadrag. Ad Benedictus, Antiphona.
Exíbant autem dæmónia à multis clamán-
tia, & dicéntia quia tu es Christus Fílius
Dei, & íncrepans non sinébat e a loqui:
quia sciébant ipsum esse Christū. Euouae.
Ad Magnificat, Antiphona.
O mnes qui habébāt infírmos ducébant
illos ad Iesum, & curabántur. Euouae.
Feria v. infra Hebdomadam iiij. Quadragesimæ. Ad Benedictus, Antiphona.
Ibat Iesus in ciuitátē, quæ vocátur Naim:

& ecce defúnctus efferebátur fílius vni-

cus matris suæ. Euouae.

Ad Magnificat, Antiphona.

Prophéta magnus surréxit in nobis, &

quia Deus visitáuit plebẽ suam. Euouae.

A Sabbato ante Dominicam Passionis vsque ad Vesp feriæ quartæ post Palmas inclusiuè. ℟. breue. Ad Vesperas.

De ore leónis, *Líbera me Dómine. ℣. Et

à córnibus vnicórnium humilitátem

meam. Líbera.

Ad Laudes ℟. breue.

Erue à frámea, * Deus ánimam meam.

℣.

℣. Et de manu canis vnicam meam. Deus.

Sabbato Sancto. Ad Vesperas. Facta communione Sacerdotis, statim pro Vesperis intonatur solemniter. Antiphona sequens, & Psalmus. Laudáte Dóminum omnes gentes.

Antiphona.

Allelúia, allelúia, allelúia. Euouae.

Psal. Laudáte Dóminum omnes gentes, laudáte eum omnes pópuli.

Quóniam. Glória Patri. Sicut erat. Et postea dicitur integra Aña. Allelúia. Post quam Celebrans intonat solemniter, Véspere autem Sábbati, & Cantores; Canticum. Magníficat, &c. vt habentur in Breuiario, & Missali.

Feria secunda in Rogationibus. Ad Benedictus, Antiphona.

Pétite & accipiétis quærite, & inueniétis: pulsáte, & aperiétur vobis, allelúia. Euouae.

Feria quarta Rogationum, Vigilia Ascensionis. Ad Benedictus, Aña.

Pater venit hora, clarífica fílium tuum cla-




ritáte, quam hábui priúſquam mundus eſ-



ſet apud te, alleluía. Euouae.

Sabbato ante Dominicam vndecimam poſt Pentecoſten. De libro Regum.
Ad Magnificat, Antiphona.



Exaudíſti Dómine oratiónem ſerui tui, vt



ædificárẽ templum nómini tuo. Euouae.

Feria iiij. Quatuor Temporum Septembris. Ad Benedictus, Antiphona.




Hoc genus dæmoniórum in nullo poteſt




exíre niſi in oratióne & ie iúnio. Euouae.

Feria vj. Quatuor Temporum. Ad Benedictus, Antiphona. In diébus illis. vt in feſto ſanctæ Mariæ Magdalenæ, ad Cantica.
Sabbato Quatuor Temp. Ad Benedictus, Aña. In viam pacis. vt in Pſalterio.
Sabbato ante Dominicam quintam Octobris. Ad Magnificat, Antiphona.




Tua eſt poténtia, tuum regnum Dómine,

tu


tu es ſuper omnes Gentes; da pacem Dó-
mine in diébus noſtris. Euouae.
Dominica xxiij. poſt Pèntecoſten. Ad Benedictus, Antiphona.
Dicébat enim intra ſe: Si tetígero ſím-
briam veſtiménti eius tantùm, ſalua ero.
Euouae.
Ad Magnificat, Antiphona.
At Ieſus conuérſus, & videns eam, dixit:
Confíde fília, fides tua te ſaluam fecit, al-
lelúia. Euouae.

Dominica xxiiij. seu vltima post Pentecosten. Ad Benedictus, Antiphona.




IN PROPRIO SANCTORVM.

In vtraque Cathedra S. Petri. Inuitatorium.



In ſecundis Veſperis. Ad Magnificat, Antiphona.



In Conuerſione S. Pauli Apoſtoli. Inuitatorium.



ſi ó ne Doctóris Géntium. Veníte.

In feſto S. Ioachim. Ad vtrumque Magnificat, & ad Benedictus, Aña.

Laudémus virum glorióſum in genera-

ti ó ne ſua: quia benedictiónem ómnium

géntium dedit illi Dóminus, & teſtamén-


tum ſuum confirmáuit ſuper caput eius.

Euouae.

Pro Commemoratione S. Gabrielis. Ad Veſperas, Antiphona.

Adhuc me loquénte in oratióne ecce vir

Gábriel, quem víderam à princípio, cito


volans tétigit me in témpore ſacrifíci j
veſpertíni. Euouae.
Ad Laudes, Antiphona.
Ego ſum Gábriel, qui aſto ante Deum,
& miſſus ſum loqui ad te & hæc tibi Euan-
gelizáre. Euouae.
In feſto S. Ioannis ante portam Latinam. Ad Magnificat, in vtriſque Veſp. Aña.
In feruéntis óle i dólium miſſus beá tus
Ioánnes Apóſtolus, di uína ſe protegénte
grátia illǽſus exíuit, allelúia. Euouae.

In festo SS. Ioannis & Pauli mart. In primis Vesp. Ad Magnificat, Antiph. Gaudent in cælis.


Ad Benedictus, Antiphona. Isti sunt duæ oliuæ.

In ij. Vesp. Ad Magnificat, Antiphona. Isti sunt sancti qui pro Dei amóre.

In Visitatione B. Mariæ. In primis Vesperis, Antiphona.




Exúrgens María ábi it in mõtána cum fe-



stinatióne in ciui tá tem Iuda. Euouae.

Psalmus. Dixit Dóminus.

Aña. 

Intráuit Ma rí a in domũ Zacharíæ,



& salutáuit Elízabeth. Euouae. Psalmus. Laudáte púeri.

Aña. 

Vt audíuit salutatióne̅ Maríæ Elíza-




beth, exultáuit infans in vtero eius, & re-



pléta est Spíritu sancto, allelúia. Euouae.


Psalmus. Lætátus sum.

Aña.



Reliquum vero officij de Visit. vt est in libris nostris.

In festo S. Petri ad Vincula. Antiphona prima ad Vesperas.



In secundis Vesperis. Ad Magnificat, Antiphona.



nas, qui facis vt páteant cæ léstia regna

beátis. Euouae.

In Assumptione Beatæ Mariæ Virginis. Inuitatorium.

Vení te adorémus Regem regum,* Cu-

ius hó die ad æthéreum virgo mater as-

súmpta est cælum. Veníte.


In festo Confessoris Pontificis. In j. Vesp. Ad Magnificat, Antiphona.

Sacérdos & Póntifex, & virtútum ópi-

fex, pastor bone in pópulo ora pro nobis

Dóminum. Euouae.

Pro Doctoribus in vtrisque Vesperis. Ad Magnificat, Antiphona.



In festo S. Annæ dicitur.




* In confessi ó ne beá tæ Annæ.



Veníte.

In festo S. Heduuigis, & S. Elizabeth. Inuitatorium.



Laudémus Deum nostrum, * In confes-



sióne beátæ Hedúuigis. Veníte.
beátæ Elízabeth.

Aduerte quòd in primo versu Hymni sancti Ioachim, Iesu patérna cláritas. *clauis* c sol, vt, fa, *malè posita, debet reponi in pari loco trium sequentium Versuum.*

In quatuor Versibus Hymni Chorus nouæ Ierúsalem. *clauis reponi debet ad inferiorem lineam, ita vt initium Hymni sit in* mi, fa, sol.

In duobus Hymnis Dedicationis Ecclesiæ primus versus terminatur in fa, *cuius loco reponendum est,* mi.

In Antiphona Quinquagesimæ ad Laudes, Dextera, *sic cantu natus Domini* mi, fa, re, vt, re, re, re.

Denique in duobus Inuitatoriis Cathedræ S. Petri & Conuersionis S. Pauli Psalmus. Veníte. *est secundi toni, vt suprà in festo sanctæ Annæ.*

Si quæ præter hæc occurrant, Cantor Beneuolus emendabit.

R/m. E legit eum Dominus : Sacerdotem sibi.

V/. Ad sacrificandum ei hostiam laudis. Sacerd:

R/m. Os iusti : Meditabitur sapientiam.

V/. Et lingua eius loquetur iudicium. Meditab:

Pro commemoratione S: Hedvigis. Ad Vesperas.

Hedvigis pietate clara tibi persolvimus debita laudis tu soli ta
clementia auge devotionis incrementa. Alleluia All

Ad Laudes.

Sancta Hedvigis intercede pro miseris ad te confugientibus ap
Christum pijssimum Regem atq; Dominum ut det nobis veniam p

ca torum, emendati onem morum et gaudium sempiternum.

Alle luia Alle luia. Evovae.

In festo S. Matris dol. ad vesp. hymnus.

Stabat Mater dolorosa, juxta Crucem la„ crymosa, dum pendebat filius.

Cu jus a ni mã gemẽ tem cõ tristã tem

& dolẽtem ꝑ transi vit gladius.

O quàm tristis & afflicta fuit illa bene dicta Mater Unigeniti.

Quæ mœre bat & dole bat & tremebat

cũ videbat Nati pœ nas incli ti.

Quis ẽ homo qui ñ fleret Xti Matrẽ, si videret in tanto supplicio.


Quis ñ pos set cõ trista rẽ pi am Matrẽ

contẽ plari dolẽ tẽ cum fi li o.

Pro peccatis suæ gentis vidit Jesum in tormentis, & flagellis subditum.



V i dit su um dulcē na tū mo ri en tem




de so la tū, dū e mi sit spi ri tū.

Eja Mater fons amoris me sentire vi̅ doloris, fac ut tecum lugeā.



F ac ut ar de at cor me um in amā



do Xtum Deū ut si bi complace am.

In festo S. Gabrielis Arch. ad Vesper. hymnus. Christe sanctor dec9. ut in festo S. Michaëlis ad laud. fol. ~~530~~ 477

BENEDICTIONES
DICENDÆ ANTE LECTIONES.

In Officio duodecim Lectionum. In primo Nocturno.

1. Benedictióne perpétua, ☨ benedícat nos Pater ætérnus. ☨ ℟. Amen.
2. Vnigénitus Dei Fílius, ☨ nos benedícere & adiuuáre dignétur. ☨ ℟. Amen.
3. Spíritus sancti grátia, ☨ illúminet sensus & corda nostra. ☨ ℟. Amen.
4. In vnitáte sancti Spíritus, ☨ benedícat nos Pater & Fílius. ☨ ℟. Amen.

In secundo Nocturno.

5. Benedícat nos Deus Pater, ☨ & custódiat semper. ☨ ℟. Amen.
6. Sapiéntia Dei Patris, ☨ nos cæléstibus ínstruat disciplínis. ☨ ℟. Amen.
7. Ignem sui amóris, ☨ accéndat Deus in córdibus nostris. ☨ ℟. Amen.
8. Benedícat nos Deus Deus noster, ☨ benedícat nos Deus. ☨ ℟. Amen.

In tertio Nocturno.

9. Euangélica léctio, ☨ sit nobis salus & protéctio. ☨ ℟. Amen.
10. Ille nos benedícat, ☨ qui sine fine viuit & regnat. ☨ ℟. Amen.
11. Ad gáudia paradísi, ☨ perdúcat nos misericórdia Iesu Christi. ☨ ℟. Amen.
12. Ad societátem cíuium supernórum, ☨ perdúcat nos Rex Angelórum. ☨ ℟. Amen.

Si Officium sit de Sancto, vndecima Benedictio erit: Cuius festum cólimus ipse (vel ipsa) intercédat pro nobis ad Dóminum. ☨ ℟. Amen.

Quando sunt plures, dicitur: Quorum festum cólimus ☨ ipsi intercédant pro nobis ad Dóminum. ☨ vel, Quarum festum cólimus ☨ ipsæ intercédant pro nobis ad Dóminum. ☨ ℟. Amen.

In Festis sanctæ Mariæ. In primo Nocturno.

1. Perpétua benedictióne, ☨ benedícat nos Iesus, fílius Maríæ. ☨ ℟. Amen.
2. Déleat nostra crímina, ☨ qui natus est de vírgine María. ☨ ℟. Amen.
3. Sancta Dei génitrix, ☨ sit nobis auxiliátrix. ☨ ℟. Amen.
4. Alma Virgo vírginum, ☨ intercédat pro nobis ad Dóminum. ☨ ℟. Amen.

In secundo Nocturno.

5. Oret voce pia, ☨ pro nobis virgo María. ☨ ℟. Amen.
6. Iesus Maríæ Fílius, ☨ sit nobis clemens, & propítius. ☨ ℟. Amen.
7. Nos cum Prole pia, ☨ benedícat virgo María. ☨ ℟. Amen.
8. María stella maris, ☨ perdúcat nos ad portum salútis. ☨ ℟. Amen.

In tertio Nocturno.

9. Euangélica léctio, ☨ sit nobis salus & protéctio. ☨ ℟. Amen.
10. Alma pia Mater, ☨ pro nobis iúgiter oret. ☨ ℟. Amen.
11. Ab omni hoste malígno, ☨ erípiat nos Dei génitrix Virgo. ☨ ℟. Amen.
12. Ad societátem cíuium supernórum, ☨ perdúcat nos Rex Angelórum. ☨ ℟. Amen.

In Officio iij. Lectionum.

Quando dicuntur Lectiones de Scriptura in Hyeme.

FERIA SECVNDA.

1. Deus misereátur nostri, ☨ & benedícat nobis. ☨ ℟. Amen.
2. Splendor lucis ætérnæ, ☨ illúminet nos sine fine. ☨ ℟. Amen.
3. A cunctis malis imminéntibus, ☨ erípiat nos omnípotens, & miséricors Dóminus. ☨ ℟. Amen.

FERIA TERTIA.

1. Benedícat nos Deus Pater, ☨ & custódiat semper. ☨ ℟. Amen.
2. Sapiéntia Dei Patris, ☨ nos cæléstibus instruat disciplínis. ☨ ℟. Amen.
3. Adiútor & propítius, ☨ sit nobis omnípotens, & pius Dóminus. ☨ ℟. Amen.

FERIA QVARTA.

1. Dóceat nos Dóminus terréna despícere, ☨ & amáre cæléstia. ☨ ℟. Amen.
2. Vnigénitus Dei Fílius, ☨ nos benedícere, & adiuuáre dignétur. ☨ ℟. Amen.
3. Partícipes vitæ ætérnæ, ☨ fáciat nos Rex glóriæ. ☨ ℟. Amen.

FERIA QVINTA.

1. Omnípotens Dóminus nos benedícat, ☨ & ab omni malo deféndat. ☨ ℟. Amen.
2. Ad intelligénda sua præcépta, ☨ apériat Dóminus corda nostra. ☨ ℟. Amen.
3. Ignem sui amóris, ☨ accéndat Deus in córdibus nostris. ☨ ℟. Amen.

FERIA SEXTA.

1. Ille nos benedícat, ☨ qui sine fine viuit, & regnat. ☨ ℟. Amen.
2. Illúminet Dóminus vultum suum super nos, & misereátur nostri. ☨ ℟. Amen.
3. Spíritus sancti grátia, ☨ illúminet sensus, & corda nostra. ☨ ℟. Amen.

Quando verò dicuntur Lectiones de Homilia in Euang.

1. Euangélica léctio, ☨ sit nobis salus & protéctio. ☨ ℟. Amen.
2. Ad gáudia paradísi, ☨ perdúcat nos misericórdia Iesu Christi. ☨ ℟. Amen.
3. Ad societátem cíuium supernórum, ☨ perdúcat nos Rex Angelórum. ☨ ℟. Amen.

In Officio de Sancto: & infra Octauas de Sanctis, si sint tres Lectiones.

1. Ille nos benedícat, ☨ qui sine fine viuit & regnat. ☨ ℟. Amen.
2. Cuius (vel Quorum) festum cólimus, ☨ ipsi intercédant pro nobis ad Dóminum. ☨ ℟. Amen.
3. Ad societátem cíuium supernórum, ☨ perdúcat nos Rex Angelórum ☨ ℟. Amen.

Infra octauam S. Bernardi, dicitur: Cuius festum cólimus ☨ ipse intercédat pro nobis ad Dóminum. ☨ ℟. Amen.

FINIS.

Sabatho ad Vesperas Hymnus: O Lux beata Trinitas.
Pag: 405.
Dominica ad Vesperas Hymnus: Lucis creator optime.
Pag: 402.
Deus creator omnium
Pag: 403.

Magnificat
Pag 344

